ANTIQVITATES VRBIS PER ANDREAM FVLVIVM ANTIQVARIVM. RO. NVPERRIME AEDITAE.

D. Ioannis Fuluii endecasyllabon Ad lectorem.

Quisquis romuleæ vetusta terræ
Affectas loca nosse/cum trophæis/
Arcus/& statuas/deumq; templa,
Circos/& fora/curias,theatra,
Thermas/balnea,porticus,columnas/
Fontes/naumachias/lacus/cloacas,
Hoc(si legeris)explicat volumen.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

CLEMENS PAPA VII.

VNiuersis & singulis ad quos hæ nostræ literæ peruenerint, salutẽ & apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Andreas Fuluius Antiquarius Romanus, librum de huius almæ Vrbis Romæ antiquitatibus composuerit, atq; in eiusmodi rebus inuestigandis perquirendisq; omnem diligentiam studium & curam, non minimo cum labore adhibuerit: in eoque ætatem suam fere totam consumpserit: Nunc autem ad communem omnium utilitatem & delectationem, opus hoc suum imprimi curauerit, in manusq; dari uelit: Nos æquum esse censentes, ut ex laborum huiusmodi uirtutumq; suarũ meritis, aliquem gratiæ fructum a nobis consequatur: Omnibus & singulis librorum impressoribus, quicunque & ubicunque locorum illi fuerint, ipsamq; imprimendi artem, quouis modo exercuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ, nostris uero & S. R. E. mediate uel immediate subiectis, pecuniariis prætereа nostro arbitrio imponẽdis, & Cameræ Apostolicæ applicãdis, ac amissionis omniũ librorum pœnis, per præsentes expresse inhibemus, ne prædictum de Antiquitatibus Vrbis Romæ librum, per spacium annorum sex a tempore huius primæ impressionis connumerandorum imprimere aut imprimi facere, ullo modo audeant uel præsumant. Decernentes ex nunc auctoritate apostolica absque alia declaratione, quicunque contra hanc nostram inhibitionem fecerint, dictam excommunicationis sententiam illico incursuros. Ab eisdem uero nostris & S. R. E. subditis præter excõmunicationis incursionẽ, ipsas pecuniarũ, librorumq; ammissionis pœnas, per nostros & Cameræ Apostolicæ ministros & officiales ad quos id spectauerit, integre & irremissibiliter exigi debere prout exigi uolumus & mandamus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die XV. Februarii. M.D.XXVII. Pontificatus nostri Anno quarto.

Ia. Sadoletus.

ANDREAE FVLVII ANTIQVARII RO. IN ANTIQVITATES VRBIS AD CLEMENTEM. VII. PONT. MAX. PRAEFATIO.

ANNVM Ab hinc prope nonum Beatissime Pontifex antiquitates Vrbis poeticis adstrictas numeris scribebã Leoni.x.Pont.Max.patrueli tuo dicãdas, Iniuncta mihi denuo/illo ipso iubẽte eiusdẽ massæ cudẽdæ/recoquendæq;, verum diuersæ structuræ opera liberiore sane campo, quodã quasi auctorio adsumptũ opus recognoui, Tibi q; Christianæ legis antistes, qua si prescius te illi in põtificatu, æq; ac per manus tradito successurũ, nouã hanc lucubrationẽ, sicut priorẽ illi dicãdã curaui. Nã cui dicarẽ dignior occurrit nemo. Precipue vbi summo humani generis fastigio positus/oibus pdesse iã quãtũ vis/potes. Et qdẽ isigni quadã munificẽtia bonarũ artiũ studiosos psequeris, Ego itaq; tãto numini addictus, tãte q; gratie ineũde studio excitatus/inceptas antea vrbis antiqtates nõ itermittẽs/Sæcularis ãni(quẽ iubileũ vocãt)nuperrime editũ hexametro carmie libellũ/ typisq; impressum exibui. Instabat enim tũc Iubilei annus M.D.XXV. Qui te põtifice celebratus est. patefcã ad eũ vsum/more maiorũ porta(quã scãm dicunt)quæ mox in splẽdidiorẽ formã tua cura / & impensa instaurata est. Ruinas vrbis iterea tuis optimis auspiciis psecutus, ab interitu vẽdicare/ac litterarũ monumẽtis resarcire operã dedi, Que iacerẽt in tenebris/nisi litterarum lumẽ accẽderet. priscaq; loca tũ per regiones explorãs obseruaui, quas Raphael Vrbinas(quẽ honoris cã nomino) paucis ãn diebus q̃ e vita decederet(me indicãte)penicillo finxerat. Tã & si nullũ ingeniũ ad attollẽdã vrbẽ satis est. nec eius facies/qualis ante fuerit, exprimẽdam. Sed qm̃ vrbis Ro. ob affectatũ amorẽ/ardẽti semper aio studiosus fui/antiqua eius loca/& quæ nũc extãt, & quæ iã esse desierunt, Quorũ nõ nulla ante hac incognita meo marte aperui. non modo geographice, sed ethymologice cũ rerũ cãis/& argumẽtis/abũde/ copiose q; nõ vt architectus, sed historico more describere curaui: nã fabulas dicere nõ est cõsiliũ, Et licet grandis materia paucis verbis haud facile expilcari possit, nã Demosthenis, & Ciceronis orões ee feruntur optimæ esse/ quæ maximæ. & Romana historia q̃uis lõga semper placet/ac delectat. p virili tñ/ & quod oculorũ percepi fide scribẽdũ curaui. Pluris est inquit plautinus miles oculatus testis vnus/qui se vidisse dicat. q̃ auriti decẽ. Nullũ eni opus sine fide/& castitate recte fieri põt. Verũ quis tam cõfusa loca/& vrbis ma

gnitudinē,& temporū varietates comprehendere potest: vt profecto mi-
hi non minus difficultatis habere videatur vrbis/q̄ orbis descriptio: Cum
sæpius diruta/sæpius instaurata sint oīa/vel ciuilibus bellis euersa, vel in-
cēdio absumpta vel barbarica manu afflicta/nunq̄ postea in pristinā for-
mā ob laboris nimietatē instaurata sunt. Direpta deinde vrbe oīa/quæ ad
ornatū eius posita erāt ab hostibus sublata dicuntur, Marmora vero cū ti
tulis, ne memoria ad posteros perueniret, partim direpta, aut hostiū mali-
gnitate cōminuta/partim ī calcē decocta abiere. paucis admodū ante ocu
los ciuitatis ad dolorē & vetera refricanda vulnera relictis. Quid q̄ antea
& quicquid ornamentorū reliqui erat, aut a Vandalis in africā deportatū
aut a Theodorico Rauēnam, aut a Constātio ereptū in mari siculo periit,
vt omittatur flebile Neronis incēdiū, quo periit quicquid nobile in Vrbe
fuit. Illud pręterea obseruādū/pluribus ānis/q̄bus sub barbarorū Imperio
Italia fuit/ eā illos ad internitionē vsq; persecutos fuisse palā ē, vnde latina
lingua ad multa sæcula deprauata permāsit, Inolu erat vsq; adeo bonarū
artiū neglectus pridē vt latinus sermo penitus ignoraretur. Vel ex hoc in-
telligi potest q̄, extāt hodie plęraq; illorū apud nos vernacula vocabula la
tinis vocibus ad corruptelā mixta: Quodq; pessimū est in nōnullis seriis,
& grauibus rebus eā verborū colluuionē appellāt stylū. Periere quinimmo
volumina librorū nō sine magna posteritatis iactura, Ex quo rarissimi ex-
titerunt gestarū rerū scriptores/iiq; semibarbari, & parū itegræ fidei, Quo
rum incuria, & negligētia multa desiderātur. & quæ pauca extāt miraculi
loco habentur in tāto rerū turbine, & cōfusione, vbi inuoluta veritas in al
to latet/Argo/Oedipoq; perscrutāda. Vnde & difficile est ea scire/ Quorū
nulla extat apud posteros memoria, quę oīa ī lectoris aīo reliquo. Accedit
ad hoc/q̄ vno in loco tēporū supputatione, interpositis annis, plura/& di
uersa sint cōdita ædificia, vt iuxta forū/& viā sacrā domus Cæsaris dict.
deinde porticus liuia, nouissime vero templū pacis. Ex vetustis aūt manēt
adhuc aliqua integra, & notæ significationis, vt pantheon. Quædā semi-
diruta, vt colossēū vulgo notū, nōnulla penitus abolita, vt domus aurea
Neronis incōpertæ magnitudinis. Satis enim cōstat oīa hostili manu obli
terata, antiquata, ac prope extincta, & abolita. Quorū vix vnū/ aut alterū
superest. Et his quę casu quodā reliqua sunt/sat magnū indicium scelerati
animi apparet, q̄ in his, quæ diruere nequiuerunt/ ob operis magnitudinē
quasi stigmata quędā perpetuę notę inusserunt, scalpro lācinarunt oīa, &
nihil intactū a fœda vastitate reliquerūt. Ex veteribus aūt. Quedā adhuc
priscas retinēt appellationes vt mōtes, Aliqua vero nouas/vt portæ sed
vt discāt qui ignorāt, Placuit per trāsitū recētiora quędā loca attingere/vt

minus cognita / ac parum trita & languidæ fidei uetera his contigua magis innotescerēt, licet omnia quæ supra nostram memoriam sunt/anti qua dici possunt, & quotidie quæ latēt inuestigantium opera / in lucem prodeunt, unde & superioris sęculi scriptores/q; hæc ignorauerint/ab his/ qui postea ea patefacta uiderint, uelut rerum imperiti/ inscitia notabun- tur. Nec prætereundū censeo/ nihil pedibus calcari / quin antiquitatum uestigia offendātur. Verum ita ruinis omnia oppleta/& operta/ut difficil lime internoscantur, unde eleganter (meo quidem iudicio) definisse ille uisus est, qui dixit, nos hac ætate habitare in tectis/cum plęrunq; in funda mentis effossis nouarum ædium uiæ ueteres stratæ silicibus reperiātur. Sed imperita multitudo in his anicularum fabellas & deliramenta / po- tiusq̄ doctorum uirorum simplicem/ac nudam ueritatem sectatur. Atq; ideo addidi/ne quis uulgi magis famam sequeretur, q̄ historiam, quæ ru more utiq; uulgi uerior reperitur. Verū quot capita, tot sentētiæ, nā quę semel altius insedit opinio/& pertinax contumacia/haud quaq̄ tolli pōt. Et si scio scriptorum / qui etiā extra omnem aleam positi sunt neminem esse sine calumnia /facto quinimmo uirtutis experimēto/nec desinit/qui bus Alabastrus unguenti plena putere uideatur. Fere nemo est/qui non acutius/atq; acrius uitia iudicet / q̄ ea laudet, quæ recta uideat. Et in alie no opere ingeniosus sit, aut quid perperā positum deprehēdere impēdio studeat, q̄ belle quid actum comēdare, nam difficile est omnibus placere, & mentes hominum cognoscere. Potuissem ideo desinere ni mens pasce- retur opere. nam nihil agendo male agere discitur, Nihil enim libero ho- mini turpius/q̄ ocio/& desidia uitā traducere, neq; habere uitæ argumen- tum præter annos. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumscri- psit, immensum gloriæ, nam uita uigilia est, & dum ista musitamus, pluri bus annis uiuimus, & illa mirādo non satiamur. Appelles inquit Plinius tanq̄ inchoata arte, & imperfecta agebat / ut cōtra iudiciorum uarietates superesset artificis regressus aduentiam, uelut emendaturo quicquid desi deraretur, si non esset interceptus.

INDEX OPERIS PER ORDINEM LITERARVM.

CAPITA PRIMI LIBRI.

SECVNDI LIBRI.

TERTII LIBRI.

LIBRI QVARTI.

LIBRI QVINTI.

obsidio

sacellum deæ uiriplacæ xxiiii
spelunca Caci iuxta portam trigeminam Tiberi incumbens xxv
scalæ Caci ibidem
scalæ Gemoniæ iuxta templum Iunonis reginæ ibidem
sospitæ Iunonis cõmune templum Romanis,& Latinis xxvi
sacellum deæ Murciæ,quæ & Murcus dicitur ibidem
sacellum, quod Sancta sanctorum nunc dicitur xxviii
sacellum ad præsepe xxx
sepulchrum Ioãnis Patricii ibidẽ
sepulchrũ Sixti.IIII.æneũ xxxvi
sepulchrum Innocẽtii VIII. ibidẽ
sepulchrũ Numæ regis xxxvii
S.Mariæ ad fontes olei ibidem
simulacra Sirpea xxxix
sepulchrum Hadriani Imp. xxxx
signum Vertunni xxxxix
sacra uestæ l
sacra panos,& eius ara liii
simulacra ætea Lupæ,& infantium conditorum Vrbis liii
scalæ Annulariæ ibidem
spolia Horatiorum ibidẽ
statua Coruini liiii
signum Castoris,& Pollucis liiii
sinus Tiberinus lv
sacellũ Herculis in foro Boario lv
simulacra spolio ũ Hebræorũ lix
sacellum diuæ Helenæ ibidem
septa trigaria lxvii
statua,M.Aurelii Ant. lxxiiii
statua equestris Domitiani ibidẽ
statua equestris Constantini lv
statua equestris,Q.Marcii lv
simulacrum primum Romæ Cereri positum lv
statua equestris.M.Tremelii lxxv
statua ænea.M.Nanii i foro ibidẽ
statua Mutii,& Clœliç uirg. ibidẽ
statua Neuii poetæ ibidem
statuæ tres in monumento Scipiouum ibidem
statua Ennii poetæ ibidem
simulacrum Iunii Bruti ibidem
statua Aemilii pueri bullata & prætextata ibidem
statua.L.Scipionis clamydata,& crepidata ibidem
statua pedestris syllç ibidem
statuæ.IIII. legatororũ Lartis Tolunni in rostris ibidem
signum concordiæ ibidem
statua.Q.Claudiç ibidem
simulacrum Augusti ibidem
simulacrum.L.Septimii ibidẽ
statuæ Colossç Alex. Seueri ibidẽ
simulacrum boni euentus
senatulum aureum lxxvii
senatulum extra portã Capenam, ad templum Martis ibidem
senatulũ iuxta çdẽ Bellonç ibidem
senatulnm matronarum in monte Quirinali ibidem

¶ Templum Veneris Erycinç v
temqlum sanctç Agnetis v
templũ Bacchi Phçricum vi
templum Neniç vi
taurina porta a capite Tauri dicta vi
templum Quietis vii
templum Honoris vii

ANDREAE FVLVII ANTIQVARI RO. DE ANTIQVITATIBVS Vrbis ad Clementem VII. Pont. Max. Liber Primus.

¶ Natalis VRBIS.

DE condita Vrbe, & eius uocabulo uaria eſt inter ſcri-
ptores opinio, uetus enim, & conſtans fama eſt, aliis
prætermiſsis, Romulũ Marte, ſiluiaq; ueſtali genitũ,
Romam terrarum caput condidiſſe, auctor diligẽtiſ-
ſimus. M. Varro. Imaginem Vrbis, magis q̃ Vrbem
fecerat, quia incolæ deerant, cæterum ne res tãta in ar
tum conniciatur, ab Iliæ puerperio altius exordiũ repetendũ eſt. Siue illa
Genii, ſeu mortali forſan cõpreſſu prægnãs facta eſt. Et quia locus Marti
dicatus erat, a Marte compreſſa, unoq; partu ædidit infantes, quibus ru
ma, ideſt, mãma Lupæ nomen fecit. Alter Romus, alter Remus appella-
tus eſt. Iubẽte Amulio, qui tũc rerũ potiebatur, Ilia mater in Aniene ſub-
merſa eſt. ſeu iuxta legem, in terra/uiua defoſſa, infantes uero, in Tiberi,
longius ab Alba expoſiti, nõ potuerunt extingui, quibus interim Lupa,
(mirum) paulo ante fœta, ac relictis catulis, uagitum ſecuta, uelut nutrix
ubera admouebat. Ouidius libro. iii. faſtorum: Hæc ubi cognouit cõtem
ptor Amulius æqui, nam raptor fratris uictor habebat opes. Amne iubet
mergi geminos, ſcelus unda refugit, In ſicca pueri deſtituunt humo. forte
accidit, ut Fauſtulus regii pecoris magiſter iter illac haberet, illos cũ con-
ſpexiſſet ſugere ubera Lupæ, fugata clamoribus fera, ſtuporis plenus, ac-
ceptos in Alueolo, Larẽtiæ uxori educãdos dedit. Numitor tũc a fratre
Amulio regno pulſus, in agro ſuo uixit. Pueri cũ adoleuiſſẽt, & in notitiã
aui iã peueniſſent, collecta paſtorũ manu, interfectoq; apud Albã Amulio,
Numitorem in regnũ Albanũ reſtituerũt. Ouid. eodẽ libro: Martia terde
nos proles adoleuerat annos. Et ſuberat flauæ iã noua barba comæ, Vt
genus audierãt, animos pater æditus auget, Et pudet in paruis nomẽ ha-
bere caſis, Romuleoq; cadit traiectus Amulius enſe, Regnaq; materno re
ſtituunt auo. Quibus poſtea cũ optionẽ faceret de deducẽda colonia, Pla
cuit eam primnm in palatio condi, eo q; ibi Romulus ſeruatus, nutritusq;
eſſet, iis auus dedit pecunias, arma, ſeruos, onerariaq; iumẽta, quæq; Vr-
bi cõdẽdæ uſu uenirẽt. Ad tria hominũ millia ex alba, quæ tũc erat caput
Latii in Coloniã adſcripta: Quicunq; palatiũ Saturniã ue incolebãt, præ-
ſenti multitudini adiũgũtur diuiſis inter ſe copiis, cõfeſtim quicquid ho-
minũ fuit in duas abiit factiones. Sed dũ de imponẽdo nomine cõtentio
orta foret, perſuaſit Numitor, ut qui meliores aues uidiſſet, imperaret.
Remus primus uiderat aues ſex in Auẽtino, Romulus. xii. in palatio. Na-

Roma terra rum caput

Fauſtulus regii peco ris magiſter Larẽtia fau ſtuli uxor.

Auguriũ Remi. Auguriũ Romuli.

scitur cõtentio de tempore, item de numero, factiones ambæ suos defen- debant reges, a certamine uentum est ad arma, ab armis ad cædem. Fau- stulus dum controuersiam sedare nititur, uulneratus est. Deniq; Romu- lus diis fauentibus superior urbem condidit. (Nam rerum omnium ma- gnarum a diis immortalibus principia ducuntur). Romam Romulus de suo nomine appellauit, & ideo Romam non Romulam, ut ampliore uoca buli significatu prosperiora suæ patriæ nominarentur. Romulus, & Re- mus a uirtute idest a robore, græca origine, ut nonnulli uoluere, appellati sunt. Romulus primus urbis, & Imperii conditor, ad quod cõstituendum uirtus, & fortuna contendisse uidentur. Consilium rei. P. penes senes fuit. Qui ex auctoritate patres ob ętatem senatus uocabatur.

Qua ætate Romulus Vrbem condidit.

¶Romulus duo de uiginti natus annos urbẽ condidit olympiade. VII. Anno. CCCCII. post captum ilium. XI. Cal. maias, hora post secundam ante tertiam, Sole, in Tauro: Luna in Libra, Ioue in Piscibus, Saturno, Ve nere, Marte, Mercurio in Scorpione, ut prodidit. L. Tarrutius Mathema ticorum Varronis ætate præstantissimus. Romuli genesin intuitus, q̃ ex his, quæ de illo memoriæ prodita, longa temporum serie retro ad calcu- lum reuocata, Varronis iussu est consecutus, & cõstanti asseueratione mõ strauit primo anno. VII. Olympiadis Romulum conçeptum. XXIII. die mẽsis Decembris, hora tertia, qua Sol omnino defecit, natum uero. XII. Cal. Octobris, qui uicesimus fuit Septembris. Ferunt urbem Romam ge- nesin habuisse una cum conditore suo Romulo, quod auspicatissimũ fuit augurium ut tradit censorinus, dicta est autem Roma quadrata, q; forma prima urbis quadrata fuit, eo q; ad æquilibrium fuerit posita, & ambitus amplior, q̃ eo tempore multitudo in colentium esset. Monumentum au- tem Romæ quadratæ mansit in palatio, ea incipit a silua quæ est in area Apollinis, & ad supciliũ scalarũ Caci habet terminũ, ubi tuguriũ faustuli, ubi Romulus mansitauit, qui auspicato fundamenta iecit, sulco urbem de signans uomere æreo, uictis albis, & intactis, bubus masculo, feminaq;, al- tero extrinsecus, intrinsecus altera, quos absoluto opere immolasse dici- tur. Obseruatumq; deinde ne qua hostia palilibus cæderetur. ut dies iste a sanguine esset purus, cuius rei meminit propertius cum inquit.

L. tarrutius mathemati- Romũ ĩ ge- nesis

Solus ecly- psis.

Roma. qua- drata

Scalæ Caci Faustuli tu- guriũ. sulco urbs dsigna ta palilia pa storũ sacra

Vrbi festus erat, dixere palilia patres,
Hic primus cæpit mœnibus esse dies.

Quod multis etiam uersibus prosequitur Ouidius, & Liuius, & Dio-

ny sius alicarnaseus satis multa scripsere eũq; diẽ festũ Romãi agũt/ natalẽ patriæ nũcupãtes. Quatuor fuere prius vrbis portiões. paulo post adiect⁹ mõs tarpeius, nõ pẽuria locorũ, sed ne qs hostiũ illo occupato obesse posset. Tenuerũt hæc loca primũ(vt vulgatior fama hẽt) Arcades, q illic oppidulum offenderunt. Nam primum ab initio oppidum fuit a iuuentute latina valentia appellatum. Quod cum Euander ad ea veniens loca extendisset, seruata impositione noĩs significatiõe romam nũcupauit Siqdẽ græci R homin vocãt. Arcadũ vero dux Euãder q ꝓfug⁹ ex arcadia lr̃as latinis dedit, vel vt alii scribũt, ei⁹ mater carmẽta, q̃ a gręcis Themis/a latinis vero fatidica nũcupat̃. Præterea ĩ palatio mõte rex Euãder ꝑus Herculẽ, deĩde Aeneã hospitio excepit. fuit ẽt in eodẽ mõte casa Romuli: q̃ durauit ad multas ætates, & custodiebatur a ministris sacrorum. Roma iuquit põponius Mela quõdã a pastoribus cõdita, nũc si ꝓ materia dicat̃ alterũ opus. Ea est terrarum caput, cuius nomen alterum dicere nefas, vnde diua Angerona, cui sacrificat̃ ore obligato signatoq; simulacrum habebat, alioqui romæ nomen/& nominis origo vulgata esset, atq; manifesta, quæ occulta saluberrima religio sanxit, cuius nomen proferens Valerius soranus meritas dedit pœnas.

Quatuor vrbis portiones

Arcades

Valentia

Euander arcadum rex

Casa Romuli

Diua Angerõa

Valerius soranus.

In qua orbis regione vrbs condita.

❡ Roma in occiduis partibus/in latio condita. centum viginti stadiis a Tyrrheno mari distans/vbi erant tuguria, & pastores diuersorum pecorum, Albanorum vero gẽus mixtum erat ex Arcadibus. Epæis, & pelasgis, ac post euersionẽ ilii/cum troianis/duce ænea: Hi oẽs simul amissis gentilitiis nominibus, vocati sunt latini/a rege illorum locorum latino. Conditaq; est ea vrbs ab his gentibus anno. cccc. ii. post captum Iliũ/olympiade. vii. occidente autem Babylõe. Roma surrexit. Qui vero coloniam deduxere fratres germani fuere, regii generis. Quibus nomen fuit alteri Romulo. Alteri Remo. matre quidem ab ænea dardanide de patre vero ambigitur. Creduntur autẽ a Romanis Martis fuisse filii. Romulus priusquam factus esset rex boni & æqui consulens/dedit potestatẽ populo regem eligendi, Ipseq; electus est. is postquam consensu omnium præfuit. legem tulit vt nemo regnum aut magistratũ iniret nisi author deus, ipseq; per auspicia confirmari uoluit: mansit hic mos/non solũ in creatione regum, sed etiam Consulum/& Prætorum vsq; ad ætatem Ciceronis Hoc igit̃ modo Romulus rex ab hominibus/& diis creatus/ vir bellicis rebus grauis, ac strenuus/& ad constituendũ Ciuitatis statum/optimus. præstantissimusq; fuisse dicitur. tãtumq; sapientia valuit/vt plerosq;

Occidente Babylone Roma surrexit.

Romulus et remus martis fil.

Lex a romulo lata

romuli dotes.

Raptus sabinarum.

Raptus sabina.

Gabii.

Remus a Celere rastro interfectus.

pulos eadẽ die hostes, deinde ciues habuerit. Sed cum vxores nec ipse, nec sui haberent, finitimos ad spectacula ludorum p legatos inuitauit, ac virgines rapuit/anno ab vrbe condita.iiii. Erat enim vir apprime eruditus, Nam pueri gabios delati/ litteras, aliaq; didicisse dicunt /vt ingenuos decebat pueros. Postq̃ adoleuit ætas: Romulus superior fuit cõsilio /& prudentia/extinctoq; fratre Remo / quẽ non magis iubente ipso Romulo q̃ cõsentiẽte Celer rastro intermit, & ad tegendũ scelus /in Hetruriã exulatũ missus est, res ad vnũ redacta ẽ. Romulus cũ vrbẽ mœnibus struxisset, legibus eã stabilire decreuit, verũ reputans aĩo ciuium concordiã/ pro mœnibus esse vrbibus, qua sublata, nulla diu ciuitas stare possit. Incõptam, & agrestem multitudinẽ/certis velut legibus ciuilẽ in modũ cõposuit. Aderãt ad tria milia peditum/supra hos Equites trecenti. Quibus ad concionem vocatis/in hunc modum eos affatus dicitur.

Romuli contio ad milites.

Decreta uelut Leges a Romulo latæ

¶ Nouã quidem formã, expressamq; vrbis speciẽ cernitis viri fortissimi, & quã vestrę manus/ fossa & vallo valide munitã reddiderunt, sed maiore adhuc pręsidio opus est/concordia/& cõsensu, quãuis pauci/& inermes facile locũ hunc tuebimur, plura quoq; in eandẽ sententiã addidit. Eosq; ita ad bene beateq; viuendũ exhortatus/decreta quędã velut leges vrbi per id tempus satis idoneas, atq; vtiles huiusmodi tulit. videlicet.

Leges. xii. Tabularum.

¶ Nequid inaugurato faciunto. ¶ Patres sacra, magistratusq; soli peragunto, ineuntoq;. ¶ Plebęi agros colunto. ¶ Sacrorum oĩum sub regibus potestas esto. ¶ Sacra pr̃es custodiũto. ¶ Populus magistratus creãto. ¶ Leges discunto. ¶ Bella decernunto. ¶ Deorũ fabulas ne credũto. ¶ Deos peregrinos, præter Faunũ ne colunto. ¶ Nocturnas in tẽplo vigilias ne habento. ¶ Parricidas oẽs capite puniũto. ¶ Ne quis pręsentibus fœminis obscæna verba facito. ¶ Quisq; demissam ad talos togã in vrbe habeto. ¶ Monstrosos partus quisq; sine fraude cedunto. Ne qs nisi per portas vrbem ingreditor, neue egreditor. Mœnia sacrosancta sunto. Mulier viro legitime cõiuncta fortunarũ & sacrorũ socia illi esto. Domusq;/vt ille dñs, ita hęc dña. Filia vt patri, ita defuncto viro hęres esto. Adulterii conuictam vir, & cognati(vt volent)necanto. Si.vinum biberit domi, vt adulterã puniunto. Parentũ liberos omne ius esto relegãdi/vendendi/occidendi. Mitigauit non parũ austerũ carmen Numa pompilius, ipseq; ex bono & æquo quasdã tulit leges satis idoneas, & salubres: post eũ reges alii/sed præcipue Seruius tullius, deinde latę leges.xii.tabularũ/& in foro affixę. His itaq; legibus stabilita vrbs/bonis artibus diu floruit/præ/

sertim iustitia/& clementia, atq; erga subditos fide. Quapropter in eã re/ rũ magnitudinẽ euasit, vt pleriq; populi sine vi aliqua armorum se se/ac sua sponte Romanis subiicerent. His enim artibus victores semper/ atq; fortissimi/ diis fauentibus extiterunt. Et quia libertati Ciuitas/& iustitiæ studuit/ex concursu omnium gẽtiũ in dies amplior, populosiorq; euasit, ex vno orbe facta ẽ vna ęterna vrbs/ regia terrarũ, & mũdi vniuersi caput

De mœnibus/ambitu, & pomerio antiquę vrbis.

ANTIQVA vrbs palatium/& Capitolium, Tullus hostilius postea addidit celiũ montem. Ancus martius Auentinũ. Tarqnius priscus vrbẽ cixit saxo quadrato ad amusim. Seruius Tullius addidit Exquilias/ Vi/ minalẽ, & Quirinalem colles. Vnde siqs postea altitudinẽ tectorum ad/ dit, nullius vrbis altitudinẽ in toto orbe potuisse cõparari scribit Plini⁹. Mœnia antiquę vrbis ex q̃drato lapide, post incensam a Gallis cõsuma/ ta tradit Liuius. Quę sæpius euersa & incensa, sæpiusq; instaurata, nunq̃ priorem circuitũ, ac veterem ambitũ adepta sunt. Quę postea a diuersis principibus restituta semp contractiorẽ, mutato Pomerio habuere am/ bitum/p collium supercilia, & æditiora locorũ cõpendia. Nam bona ex parte Arcadius, & Honorius Impe. restituerũt vt apparet extrinsecus su/ pra portã Portuensem vetus in marmore Inscriptio huiusmodi.

Antiqua urbs

Vrbis amplifi/catio.

Mœnia ãtiquæ urbis ex qua/drato saxo.

¶ IMPP. CAESS. DD. NN. INVICTISSIMIS PRIN/ CIPIBVS ARCADIO. ET HONORIO VICTORI/ BVS ET TRIVMPHATORIbus SEMPER AVGG. OB INSTAVRATOS MVROS ET TVRRES E GESTIS IMMENSIS RVDERIB. ET SVBGESTI/ ONIB. V.C. ET ILLVSTRIS MILITIS ET MA/ GISTRI VTRIVSQ. MILITIAE AD PERPETV/ ITATEM NOMINIS EOR. SIMVLACHRA RE/ STITVIT. artato ambitu/mutato pomerio, & q̃busdã portis, ad vr/ bis cõmoditatẽ. ¶ Restituere deinde sũmi Ro. põt. Hadrianus prim⁹, & Leo iiii. Qui ẽt in ipsis mœnibus. xv. turres & propugnacula neccessa/ ria erexit. Extat adhuc eius opus sub ianiculo/in ripa Tyberis/iuxta por/ tam Portuensem Turris/ea parte/qua naues naualia ingrediunt. Similis erat altera e regione sub Auentino / Quas in naualiũ faucibus excitauit, ne barbaris ad rapinã vrbis (sicut ante) pateret accessus. Sunt qui tradant mœnia antiquę vrbis habuisse. DCxxxiiii. turres, cũ ppugnaculis sine numero. Hodie vero. ccclxvi. Ambitum autem priscæ vrbis fuisse olim xx. millibus pass. scribit Plinius. Sed postea Aurelianus cæs. ampliauit

Arcadius et ho/norius imper.

Hadrianus pri/mus.
Leo quartus.

Porta portuẽsis

Aurelianus ĩp.

vſq; ad.l mil.pass.teſte Flauio vopiſco,qui ſcribit muros vrbis ſic am/ pliauit,vt.l.milia murorũ eius ambitus teneant. Quod ſane veriſimile non videt,niſi ex iuris conſulti ſententia iudic bit.Qui Romã, aliam ab vrbe facit. Suburbana quoq; cõprehendere. Plinius vero ex Auguſti traditionibus ſcribit,vrbis circuitũ fuiſſe ſuo tẽpore .xx. mil. pass.& ſic videt deſignare totũ corpus vrbis,& Flauius vopiſcus circuitũ Romæ. Nã ab Ocricoli põte vſq; ad mœnia vrbis via plena erat ædificiis. Itaq; peregrini nõnulli cũ ſe vrbem ingredi putabant, vt accidit Conſtantino principi. Qui cũ Romã venit,vbi nam eſſet interrogauit romanũ forũ, cum plus dimidio itineris ab vrbe diſtaret,& cũ portas ingrederet,mo/ re anſerũ ſubmiſit caput homo paruæ ſtaturę,nõ ſine circũſtantium irri/ ſione vt ſcribit Marcellin⁹. Habitabaturq; vrbs olĩ p vtrãq; ripã tybris vſq; ad mare. Ariſtides in ea orõne quam ſcribit de vrbe Ro. Ita inquit. Deſcendit hæc vſq; ad mare vbi cõe hoĩum Emporiũ/cõiſq; omnium, quę terra ꝓueniunt/diſpenſatio. Quacũq; in parte eius vrbis conſtiterit quis,nihil prohibet quo minus ſit pariter & in medio. Quicquid nunc Italiæ reſtat cõpletum iri vniuerſam mihi videt/ vnaq; futura vrbs ppe/ tua in Ioniũ mare protenſa. Nero princeps mœnia vrbis ꝓmouere / atq; inde foſſa mare veteri vrbi ſtatuit inducere. Romã inquit Strabo nõ de/ lectu,ſed neceſſitate conditã eſſe. Priſci nãq; Capitolium & Palatium, colleq; Quirinalem ſic muniere muris/vt veniẽtibus aliũde externis/fa/ cilis eſſet aſcenſu,adeo vt.T.Tatius primo aduentãs incurſu locorũ po/ titus,cũ captaium virginũ vlciſciret iniuriã, Ancus martius Celium/& Auentinũ,& iacentẽ inter hos campũ aſſumens/inuicem diſiungẽs,& ab aliis ante muro cinctis ædificiis,vrgente neceſſitate prioribus copulauit, totũ ẽt explere circuitũ non valuit,quem quidẽ locorum defectũ Serui⁹ redarguit,nã ipſe ſuppleuit/& adiecto exquilio colle/& viminali. Ea ve/ ro loca aduenientibus hoſtibus facile capi poterãt. Quo circa profun/ diore exterius ducta foſſa,& accepto ſolo,ſtadiis ſex aggerẽ porrexerunt perfoſſo interiore ſupcilio,murum cũ turribus a Collina porta vſq; ad exquilinam impoſuerunt, in medio autem aggere tertia eſt porta eiuſdẽ nominis,cum colle Viminali.

Ambitus urbis l. mill. paſſus. — *Ocricolum.* — *Conſtantinus princeps.* — *T.Tatius.* — *Ancus martius* — *Seruius tullius* — *agger tarquinii ſex ſtad.*

De Pomerio Vrbis.

POMERIVM dictum eſt quaſi poſt mœnium,atq; id appellat ſpa/ tium/quod eſt proximũ mœnibus/tã intrinſecus,q̃ extrinſecus / ac locus certis regionibus terminatus,quẽ neq; arare,neq; habitare fas erat, p to/ tius vrbis ambitũ. Produxit Seruius Tullius,& intactus manſit vſq; ad

pomeriũ quid?

L. Syllam, protulit & ipse pomeriū, atq; id quidem plurimū quicūq; fe/cerāt/ambitione magis q̄ necessitate fecerunt. Idem fecit Cæsar dictator, deinde Augustus/postea Claudius, vt his:q imperium ꝓtulerūt / ēr ter/minos, vrbis ꝓrogare liceret, vt accidit longo post tēpore Aureliano. Cuius rei testimonium apparet in lapide Tyburtino nuperrime exuto apud cloacā sanctæ Luciç cum inscriptione. POMERIVM. TI.CLAVDIVS DRVSI.F.CÆS.AVG.GERMA/NICVS PONT.MAX.TRIB.POT.IX.IMP.XVI COS.III.CENSOR.PP.AVCTIS POPVLI RO. FINIB.POMERIVM AMPLIAVIT TERMINA/VITQ.

¶ De portis ac viis vrbis & earum appendicibus.

VRBEM tris portas habentē Romulus reliqt (& vt plurimis placet) q̄tuor, teste Plinio. Mœnia eius collegere ambitu impatoribus Censo/ribusq; Vespasianis. M.P.xiiii. M.C.cōplexa mōtes. vii. ipsa diuidiē in regiones.xiiii. Cōpita singularū.c.lxxv. Eiusdem spatii mensura cur/rente a capite fori.ro.statuto ad singulas portas quç sunt hodie inqt nu/mero.xxxiiii. efficit passuū per directū.xxx.M.D.vlxv. ad extrema ve/ro tectorū cū castris prçtoriis ab eodē miliario p vicos oīum viarū mē/sura colligit paulo amplius.lxx.mil.pass. Quod siqs altitudinē tectorū addat, dignā profecto extimationem cōcipiat, fateaturq; nulli' vrbis ma/gnitudinē in toto orbe potuisse ei cōparari. Claudiē enim ab oriente ag/gere Tarqnii supbi: inter prima/opere mirabili, nāq; eam muris æqua/uit:q̄ maxime patebat aditu plano. Cætero munita erat excelsis muris, aut abruptis mōtibus, nisi q; expatiantia tecta multas addidere vrbes. In prima regione Saturnina, vbi nūc Roma ē, Antipolis qd nūc Ianiculū in pte Romç est. Portç apud veteres.xx. vt vulgatior fama hēt. Totidē ꝓpe hodie numeranē in toto vrbis ambitu, cū his quæ sunt circa Ianicu/lū/& vaticanū/qs mō plures, mō pauciores ꝓ murorū ambitu extructas facile est deprehēdi. Quarū vetustiores ex q̄drato lapide adhuc extār, ex antiq̄ structura/nā mœnia priscæ vrbis ex q̄drato lapide erant, vt scribit Liuius. Paucæq; admodū nunc retinent prisca noīa, & oēs habebāt suas vias, vt tradit Liuius. Quæ erāt.xix Quarum aliquç cōcipiebanē intra portas vt flaminia, aut in ipso limine, aut Appia/aut ꝓcul ab vrbe vt va/leria. Earū quedā erant cōsulares/vt Aurelia, quædā Cēsorinæ vt Appia quçdā pretoriæ, quçdā vero triūphales/vt postea diceē. De qb' ita Stra/bo cernere licet inqt stratas in agro vias, Excisis ad hæc collibus, agge/ratis vallibus/vnde nauigiorū onera plaustris exciperenē. G. Gracchus

Portæ priscæ urbis.

Regiones Vr/bis.xiiii.

cōpita regionū

Portæ.xxxiiii.

castra prætoria

Vrbis magni/tudo.

Agger tarqnii

Saturnia. Antipolis.

Portæ.xx.apud ueteres.

Omnis porta habebat suā uiā Viæ.xix.

Viæ cōsulares uel prætoriæ, uel cæsariæ. Viæ stratæ. C.Grachus.

Colūnæ lapideæ spatii signa preferentes in uiis.

certis regionibus vias teste Plutarcho direxit/et eas passim lapide strauit, ꝑtim harenę muniuit aggeribus/iniqua adequās,& quātū valles torrentesq; abrūpebant,pōtibus ęquali altitudine cōiungens. Dimēso prætetea viarū spatio singulis miliariis colūnas lapideas spatii signa præferētes cōstituit. Lapidesq; parū inter se distantes ex vtraq; viarum parte disposuit/vt ex illis facile,& sine saltu ī equos esset ascēsus. De portis Romuli.

Pandana.

Volupiæ facel.

¶ Portarū vero quas Romulus reliqt. Hæc sunt noīa Mugonia,pādana,Carmētalis. Mugonia a mugitu boū/vel q̄ p eā boues mitterentur, appellata. Eadē & Trigonia a tribus angulis ad radices palatii sita, iuxta forū,& ficū ruminale. Primā hanc habuit vrbs ab Romulo ædificatam Ouidius lib.iii.de tristibus. Inde petēs dextrā porta est ait ista palati Hic stator,hic primū condita Roma loco est. ¶ Pandana vero dicta, q̄ ad res/quę in vrbē ferebanť panderetur,quæ in asylū tendebat/quod augēdæ vrbis gr̄a criminosorū refugiū instituerat. Eadē libera & romanula vocata est/ab Roma,q̄ haberet gradus ī naualia ad Volupię sacellū iuxta errariū,vt scribit Varro/quā ōndit Saturniæ vrbis nō romę fuisse. Eāq; Pōpilius instituisse diciť,vt tradit Piso in annalibus. Duæ ex his/Roma aucta/sine forma,& vsu aliquādiu nomen retinuerunt.

Porta carmentalis ad radices Capitolii.

Porta scelerata ccc.vi. Fabii.

De porta Carmentali. ¶ Carmentalis porta a Carmēta Euandri matre/quæ ibi hītauit dicta est. Vir. Et carmētalē romano noīe portam. Ea fuit in faucibus Capitolii versus Tyberim/cui capitoliū maxime ex directo incūbebat/vt scribit Plutarchus in Camillo. Quæ postea scelerata dicta est q̄ p eā sex/& trecenti Fabii cū clientibus qnq; milib' egressi ad amnē Cremeram oēs interfecti. De qbus ita Festus, Religioni est inqt Quibusdā porta Carmētali egredi,& in æde Iani quę est extra portā Senatū haberi/q̄ ea egressi sex/& trecenti Fabii/apud Cremerā oēs interfecti sunt,cū ī ęde Iani. S. C. factū esset,vt pficiscerenť. Oui.li.ii.Fa.

aedes Iani extra portā carm.

Vna dies fabios ad bellū miserat oēs/Ad bellū missos abstulit vna dies, Carmētis portæ dextro ē via ꝓxīa Iano, Ire p hāc noli qsqs es,omē hēt. Illa fama refert fabios exisse trecētos, Porta vacat culpa,sed tn̄ omē hēt. Liui'. Prætereuntibus inquit Capitoliū,arcēq;,& alia tēpla/qcqd deorū oculis,qcqd aīo occurrit precantur/vt illud agmen faustum,atq; fœlix mittant/Sospites breui in patriam ad parentes restituāt. Incassum missæ preces/infœlici via dextro iano/porta Carmentali/profecti ad Cremerā flu.peruenerunt. Templum autem iani tunc vt scribit. P. victor erat vbi nunc est Theatrū Marcelli ad dexterā euntibus e porta Carmentali ad pontem sublicū qui tunc erat solus in Tyberi/per quē Fabii ꝓfecti sunt.

Portæ vero vrbis/quæ hodie sunt in vsu, prçter eas/quæ sunt vltra Tyberim/hæ sunt pcipuæ. Flumentana. Collatina. Collina. Viminalis. Tyburtina. Neuia. Cœlimontana. Latina. Appia. & Trigemina / quarũ Etymologiã ponit Fæstus. Viç aũt harum portarũ: Flãminia, Collatina. Salaria. Nomentana. Tyburtina. Prænestina. Lauicana. Campana. Latina. Appia. Ostiensis. Ad singulasq; olim portas vbi celebres erãt viç, prçparatæ erant rhedæ, quas indigentes constituto pretio/ conducebant. Sunt & aliç portæ, & aliæ viæ de quibus in consequentibus dicetur.

Portæ nunc urbis numero p pe.xx.

Portarũ uiæ.

Porta Flumẽtana unde.

De porta nunc Populi & via Flamminia.

PORTA/quç nunc populi dicit, Flumentana apud veteres vocabat, q Tybris nonnunq̃ eam influeret/teste Pompeo. Eadẽ & flãminia dicta /ut scribit Plutarchus, cũ inquit. Hçc mãdata cũ dedisset, itẽpesta nocte/porta Flãminia egressus/in castra ad Manliũ contendit. Est aũt porta omniũ hodie frequentissima, in via Flãminia sita/ad radices collis hortulorũ, iuxta sepulchrũ Neronis, & templũ sanctæ Mariæ de populo. Liuius in dãnatione Manlii Capitolini sic inquit, Prçdicta die in Petilinũ lucum, extra portã Flumentanã, vnde conspectus in Capotilũ non est/Cõciliũ populi indictũ/& alibi Flumentanã inquit portam de cœlo tactã. Quæ formam habet arcus, magis q̃ portæ, & erat olim extra pomerium in æditiore loco/vt scribit Procopius/& mutato loco dicta est porta populi. Nam ea mœnia vbi sita nũc est / multo tempore post a Belissario condita fuisse dicunt/vsq; ad Tyberim. ¶ Via aũt/quç per hãc portã egredit/ dicit Flãminia, quã. C. Flãminius. M. Lepidi in cõsulatu collega strauit per Tusciã/ Ariminũ vsq;, vt tradit Strabo. Suetonius ẽt in Augusto sic inquit. Quo facilius vndiq; vrbs adiretur, desumpta sibi Flãminia via Arimino tenus munienda, reliquas triũphalibus viris / ex manuali pecunia sternendas curauit. Inchoabat olim via Flãminia/iuxta septa vnde/& via lata versus Capitolium.

Collis hortulorum.

Sepulchrũ Neronis.

Lucus Petilinus.

Belisarius prius const.

Via Flãminia.

Pricipium uiæ Flaminiæ.

De porta nunc Pinciana /& via Collatina.

ALTERA/quæ sequitur porta in proximo colle sita Pinciana nũc dicta/antiquato priore noĩe/nã antea Collatina dicebat. Pinciana vero/a pximo palatio Pincii senatoris /cuius marmora/cũ domũ demolirect Theodoricus Rex Ostrogothorum Rauennam misit/ vt scribit Cassiodorus in epistolis. Collatina vero q ad oppidum Sabinorum Collatiam mitteret/Tarquinii collatini, & Lucretiæ vxoris quondam sedem/de qua Liuius Collatia inquit / & quicquid circa illam agri erat Sabinis ademptũ ẽ. Dicta autem ab opibus illuc collatis/ex finitimis locis.

Porta pinciana

Theodoricus rex.

Collatina por.

Collatia Sabinorũ oppidum

Via collatiua

¶ Via quę ab hac porta auſpicať dř ēt collatina. Quę paulo extra por/tā iungiť Salariæ nunc, olim ꝑlixior erat ubi aqua uirgo/ut ſcribit frontinus, concipiebatur. Cuius adhuc cernitur per ſpiracula profundiſſimus aquæductus Perquem Gothi clam ingredientes ſubter pincianam por/tam. facile vrbē cępiſſent, niſi detecti fuiſſent. author procopius.

Aqua uirgo

De porta, & via Salaria.

Collina unde Quirini Sacellum.
Agonales ludi

¶ Quæ nunc dř porta ſalaria, apđ veteres dicebať Collina hęc fuit ultīa porta antiq̄ vrbis, dictaq; eſt, vel a colle Quirinali, vel a varietate colliſū. Dicebať & quirinalis, a quirini ſacello. Et ægonalis ab ægonio colle, & Agonalis ab agonalibus ludis, qui olim extra hanc portā fiebāt, quotiēs circus flāminius tiberinis vndis reſtagnabat liuius Nā ita īqt reſtagnauit tiberis, vt ludi appolliīares inūdato circo/extra portā collinā ad ædē Erytinæ veneris pati ſint extāt ad huc veſtigia paulo extra portā hui⁹ ædis meminit Ouidius in faſt.

Ludi appolliares.
Templum ueneris erycinæ.

Templa frequentari collinæ proxima portæ
Nunc decet, a ſiculo nomina rege tenet
Vtq; ſyracoſias Arethuſidas abtulit armis
Cladius, & bello te quoq; cępit Eryx.

Puellarū oblatio et matronarum.

Huic tēplo īſignis adiacebat porticus, vt ſcribit Strabo. cui qdē deæ uirgīes olim puas imaginūculas quas ī delitiis hn̄t offerebāt. Perſius Nē/pe hoc, q̄ veneri donatæ a virgīe pupæ. Ad quā ēt matronę virilis mēbri figurā diuinis pcolētes honoribus, magna ſacrorū pōpa pferebāt. Vbi fuit ēt Simulacrū veneris verticordiæ q̄ hoīes ab effuſa libidine auerteret, ei⁹ tēpli meminit Oui. li. iiii. faſt. Extra eādē portā fuit ēt tēplū honoris, vt ſcribit Cicero. ii. de legib⁹ cū īqt noſtis extra portā collinā tēplū honoris, & arā. Itē de nā deorū vides honoris tēplū a Marcello renouatū, qđ multis ānis erat bello liguſtico a. Q. Maxīo dedicatū, Quod reſtituēti veſpaſiāo Cor. Pinus, & Attius priſcus pinxerūt, vt ſcribit Pli. ī eo ambitu tres fortūas fuiſſe aiūt. de quarū noībus ambigiť. Per eādē portā memorāt gallos Sēonas īgreſſos, q vrbē diripuerūt. Extra eādē portā tertio miliario apđ anienē Hānibal dux pœnus caſtra poſuit, vbi ſtatiuis poſitis ipe a porta collīa vſq; ad Herculis tēplū ꝑgreſſus ē vrbē expugnatur⁹ qđ tēplū diu fuiſſe extra collinā plериq; autumāt. vñ ter ībrib⁹ atq; grādīe repulſus obſidionē ſoluit. Vrbēq; ipſā anteq̄ capet/militibus diuiſerat, ī hui⁹ rei mēoriā ſcribit pli. Hānibalis ēt ſtatuæ tribus locis viſunť ī ea vrbe, ītra cui⁹ muros ſolus haſtā emiſit. Intra eādē portā a dextris erat cāpus ſceleratus, vbi veſtales ī ſtupro dephēſæ viuę terra īfodiebanť, vt poſtea diceť.

Simulacrū ueneris uerticordiæ.
Templum honoris.

Hannibal dux pœnus.
Herculis templum

Hannibalis ſtatuæ.
Campus ſceleratus.

¶ Via huius portę uocat̃ salaria, q̃ per eã Sabini salẽ deferebãt ut scribit festus. nã hæc uia in sabinos ducit, p quos ut inqt Strabo nõ lõgæ magnitudinis strata est, in quã ẽt nomẽtana incidit, apud Eretũ Sabinorũ uicũ supra tiberim iacentẽ, ex eadẽ collina porta inchoãs, Cor. Tacitus tertiũ inqt agmẽ p salariã collinæ portæ appropinquabat / In salaria etiã uia ad .ii. lapidẽ nobili monumẽto sepultus fuit Licinius Augusti Tonsor prediues, de quo illud memoratum extat distichon.

Salaria uia unde:

Eretũ Sabinorum oppidum.

Marmoreo Licinus tumulo iacet / At caro paruo:
Pompeius nullo credimus esse deos?

Sepulchrũ Licinii augusti tonsoris

De porta nunc. S. Agnetis. & uia nomentana

¶ Post collinã sequr porta nũc. S. Agnetis apropinquo eius extra portã tẽplo / q̃ apud ueteres dicebat̃ uiminalis a uiminali colle, in cuius margie sita, uel a fano Iouis uiminii. dicta est & figulensis a p̃ximo extra ipsam portam loco: ubi figlinę olim / sicut apud testaceũ montẽ fiebãt / uocata est ẽt nomẽtana ab oppido sabinorũ nomẽto quo mittit. Iuxta hãc portã fuit olim templũ deæ Neniæ: sic dictę: q̃ cantu querulo funeribus præesset.

Viminalis porta unde. Fanũ Iouis uiminii Figlinæ iuxta portam

¶ Ab hac porta auspicat̃ uia q̃ nũc dr̃ Nomẽtana / quę figulẽsis ẽt dcã est teste Liuio: cũ inqt Deceuiri nomẽtana / cui tũc figulẽsi nomẽ fuit / p̃fecti castra ĩ mõte sacro locauere. Strabo uero nomẽtanã uiã a collina porta inchoare scribit ubi ad ii ferme ab urbe lapidẽ in suburbano uiæ ipsius nomẽtanę occurrit a sinistris tẽplũ. s. Agnetis iuxta qd̃ ad iactũ lapidis surgit uetustissimũ Bacchi tẽplũ sphærica extructũ forma / columnis circũ quaq̃ p gyrũ geminatis / mediã tẽpli testudinẽ substẽtantibus / ubi uermiculato opere, & ueteri pictura oĩa renidẽt: ubi & ipsius d i gesta undiq̃ effigiata: sed tẽporis diuturnitate iã caduca apparent. Quod tẽplũ Alexan. iiii. pont. max. diuę Cõstãtiæ uirgini ac magni Cõstãtini Imp. filiæ dedicauit / ut notatũ est supra tẽpli portã / ubi ẽt porphyretico sepulchro / qd̃ illic uisitur: sepulta fuit. Hoc ãt sepulchrũ Paulus. ii. uenetus in uaticanũ: trãsferi iussit ubi cõdi se uolebat / sed diuia quadã p̃uidẽtia eo interi xtincto / sepulchrũ e medio itinere retractũ in pristinũ locũ relatũ est. Cõstantia eni Elephãtiæ morbo ut aiunt / precibus diuæ Agnetis liberata: tẽplũ ac mõasteriũ ĩ eius honorẽ / ac titulũ extruxit. ubi ĩpa regia uirgo / cũ multis aliis uirginibus sacro uelamĩe uelata ĩ ppetua mãsit uirginitate. Extat adhuc ibi ædis. s. Agnetis subterranea / æneis portis / ad quã multis gradibus descenditur. diuerso interius lapide satis conspicua. Ad quã de cælo demissus dicit̃ Annulus / quo Christus Agnetẽ spõsam sibi subarrauit / in cuius festo duo cãdidissimi agni offerũtur / ex quorũ lana Zonæ texunt̃,

Tẽplũ Deę Nenię Via nomentana Mons sacer Templũ. S. Agnetis Tẽplũ Bacchi sphæricũ

Duorũ oblatio agnorũ quid.

quibus ro.noui pontifices inito pontificatu exornantur. Cęteriq; et christiani orbis metropolitani episcopi ex antiquo more, serico ac bysso, multo pretiosius emptis decorantur.

De porta inter aggeres.& eius uia.

Porta inter aggeres

¶Subit porta interaggeres, paucis admodum nota, quoniam clausa & in nullo usu est. dicta q inter aggeres Tarquinii condita sit in campo uiminali, qui hodie ab incolis dicitur uiuarium / est aũt porta media inter portam.S.Agnetis &.S.Laurentii in loco præcipiti sita / ubi extrinsecus a latere statim occurrit locus planus instar magnę areæ quadrata forma parietibus circũseptus, & dicebatur / Castrum custodiæ. ubi tradunt fuisse olim instatione milites prætorianos Diocletiani Imp. procopius uero scribit e regione uiuarii forinsecus ueteres Romanos alterũ breuem murum modico interuallo adiecisse, non ad tutelam, sed ad delitias, ut Leones eo loco, & alias bestias seruarent, unde & uiuarium is locus dictus. Qui hodie ab incolis uiuariolum dicitur ad differẽtiã maioris uiuarii.

Castrum custodiæ

Viuarium

¶ Intra hanc portã fuit olim satis munita, ac celebris uia, inqua erat Arcus triumph. Gordiani Imp. Quæ porta paucis antehac nota / quia non erat liber ad eã accessus. nũc aũt Clemẽtis. VII. munere, ab oibus uideri põt, restituto antiquo pomœrio, patefcõq; itra, & extra mœnia p to:ũ urbis ambitũ puio / ac liberiori itinere / ad cõmoditatẽ defẽsionẽq; ciuitatis.

diani Imp.

Clemẽs.vii.

Antiquum pomœriũ

De porta nunc.S.Laurentii.& uia tyburtina.

Porta exqui

¶Sequitur porta nunc.S.Laurentii, siue tyburtina in aquæ ductu aqnę martię cõdita, quam diuersam ponit Strabo ab Exquilina / cum inquit. In campo exquilino duæ portæ urbis. Altera exquilina, quæ clausa est, Altera Tyburtina. Quam Liuius præterit in obsidione porsenæ regis cũ aliasquæ tunc erant in hoc ordine describat. Sed credendum est tyburtinam postea cõditam in arcu formæ / ubi nunc est, clausa Exquilina, quæ erat ĩ antiquo pom ærio. Tyburtina uero a Tybure dicta / eo q illuc mittat, uel q in tyburtina uia fuerit cõdita. Eadẽ etiã Taurina nuncupatur a capite tauri, quod in utroq; interioris fornicis frontispicio cœlatum adhuc cernitur. dicitur & porta.S.Laurentii, ab eius templo extrinsecus, quod per hanc uiam aditur ab hac porta / ubi extant pedales litteræ interius & exterius supra fornicem.

Taurina a capite tauri

Via tyburtina.

¶Via autem quæ per hanc portam egreditur dicitur. Tyburtina, q tybur deducat / iuxta quam / ad primũ ferme lapidẽ occurrit a dextris basilica.S.Laurentii extra muros in agro ueranio, a Constantino magno condita marmoreis ornamẽtis tota interius decorata. Laqueatis / auratisq; tectis satis cõspicua, opere, & impensa. D. Oliuierii carafæ Cardinalis Ne

apol. nuperrime exornata: vbi sub maiore altari Corpora duorũ præ/cipuorum martyrum Stephani: ac Laurẽtii marmoreo tumulo ferreis clatris vndiq; munito requiescunt.

De porta olim exquilina & eius duabus viis.

Inter hanc, & portã Nęuiã/fuit olim porta Exqlina, cuius nullum extat hodie vestigiũ, q̃ ẽt Strabonis ętate clausa erat, vt iam dixi/de qua liui⁹ lib. ii. ab V C. in obsidione porsenæ regis sic inqt. Itaq; Cos. Valerius vt eliceret prędatores edicit suis postera die frequẽtes porta exq/lina, quæ auersissima ab hoste erat educerent pecus/scituros id hostes ratus/q; in obsidione & fame seruitia infida transfugerẽt. T. Herminiũ ad. ii. lapidem gabina via occultum obsidere iubet. Sp. largum cum expedita iuuẽtute ad portam collinam stare donec hostis prætereat. Inde se obiicere hosti, ne sit ad flumen reditus. Cos. alter. L. Lucretius por/ta nęuia cum aliquot manipulis militum egressus. Ipse Valerius Cęli/montana delectas cohortes educit, hiq; primi apparuere hosti. Hermi/nius vbi tumultũ sensit cõcurrit ex insidiis, & terga cędit dextra leuaq; hinc a porta collina: illinc a neuia redditus clamor ita cesi in medio prędatores, neq; ad pugnã viribus pares: & ad fugã septis oĩbus viis/finisq; ille tam effuse vagãdi Etruscis fuit. Quæ portæ tũc erãt in antiquo po/męrio: quo postea mutato, mutatę sũt ẽt portę retinẽtes tñ priora noĩa:

Obsidio porsenæ regis

Consulum edicta

Ab exquilina duæ olim anteq̃ clausa esset, egrediebantur viæ labi/cana & prænestina teste Strabone cum inquit Porro in vnum cadit la/bicana via a porta quidem exquilina, a qua & p̃nestina: a sinistra vero hanc: & exquilinum campum omittas/ vltra centum viginti stadia per/git/tum autem & labico appropinquat, & hoc: & Tusculum relinquit. In via labicana fuit Templum Quietis vt scribit liuius.

Via prenestina

Via labicana

Campus exquilinus

Templum Quietis

De porta nunc maiore & via labicana & prænestina.

Quę hodie vocatur porta maior/siue. S. Crucis, apud veteres di/cebatur Nęuia a propinquo nemore neuio, vtrum sit hæc illa antiqua. nõ constat certis argumentis: nisi ordine tantum quoniã sępe pomœriũ mutatũ est. & q̃ nunc dicit͛ porta maior in aquę ductu condita est, vt cubitales litteræ ostendunt interius & exterius. sunt qui tradant hanc/non portam / sed triumphalem fuisse arcum/ vt signa apparent, postea vero cępisse nomen & vsum portæ/cum additamentis claustrorũ: ad pręsi/dium vrbis/sicut in aliis antiquis portis. dicebatur hæc olim labicana & prænestina, siue in eodem ambitu altera diuersa ab hac porta q̃ multũ a procopio celebratur in bello gothico.

Næuiæ portæ etymologia

Via labicana. Via prænestia.

ℭ Ab hac porta / duplex nunc egreditur via labicana, & prænestina sicut olim per exquilinam ante q̃ clausa esset, vt superius dictum est. Concipitur enim via labicana supra colosseum, & inter celium & exquilias recto tramite huc producitur via vero prenestina, in capite Suburę iuxta. S. Luciam in silice ꝓgrediturq; per arcum. S. Viti in macello deinde iuxta trophęa Marii & basilicam Caii & Lucii huc tandē ex directo protenditur. Quæ statim ambę extra portā iterum dirimūtur. labicana a dextris iuxta formam aquæ claudię ad colūnam oppidulum dirutū nunc tēdens, prenestina vero a dextris gabios olim, deinde prenestę/ vnde nomen habet/progreditur.

S. Lucia i silice

Gabii

ℭ De porta nunc S. Ioannis, via campana.

ℭ In cliuo Cęlii mōtis versus orientē brumalē extat porta nūc. S. Ioannis a ꝓpinqua eius basilica, quæ apud veteres dicta est Cęlimōtana a Cęlio mōte/ in cui⁹ margine sita est. de qua Liuius sic scribit porta celimōtana fulmine icta, & murus circū multis in locis tactus/dicta est ēt porta asinaria a regno (vt aiunt) asinoꝝ, quod est neapolitanū, quo mittit. Vnde ex eo regno Romam venientibus obiici per iocum solet per asinariam portam ingressis. Cęlimontanam. Exquilinam, & Quirinalem/a collibus vrbis (vbi sitæ sunt) dictas constat.

Porta asinaria

ℭ Via vero quæ ab hac porta inchoat dicit̃ Campana, ꝙ in Campaniam ducat/quæ statim extra portā in duas dirimitur semitas post pauca vero stadia vtraq; latinæ iungitur.

Via latina

ℭ De porta Metrodii & eius via.

ℭ Inter asinariā portā, & latinā in angulo mœniū sub celiolo mōte occurrit porta Metrodii/a mēsura) vt puto viæ/dictā, q̃ nunc clausa est p quā ingredit̃ riuus aquę nunc Marianæ, quā quidē portā tradūt gabinam, siue gabiusam olim fuisse vocatā, ꝙ ingabios latinoꝝ tūc clarum oppidū mitteret a Galacto, & Bio siculis fratrib⁹ cōditū vnde nomen habet, fuerunt aūt Gabii via prenestina medii inter Romā/& prenestę vt scribit Strabo/cū inquit. Sūt & Romanoꝝ oppida a sinistra latinæ/ intereā/& Valeriā/Gabii extant in prenestina via/ vbi lathomiæ sunt plur̃q̃ reliquæ, lapides Romę suppeditantes/distantes Romę/& prenestę ex ęquo/stadiis centum. Satis constat eam portam fuisse olim vel hoc in loco / vel in exquiliis in antiquo pomærio/versus Gabios/quo mittebat/& vnde nomen accepit. Liuius / Gabinam inquit de celo tactam/dicebatur etiam Gabiusa teste festo. Via huius portæ vocabatur Gabina, de qua liui⁹. P. Valeri⁹ inqt. T. Herminiū cū modicis copiis.

Aqua mariana

Porta gabiusa

Gabii in uia prænestina siti.

Lathomiæ

ad.ii. lapidem Gabina via occultum obsidere iubet. Item ad. iii. lapidem venere via gabina.

❡ De porta, & via latina.

❡ In vertice Cęlioli montis surgit porta in via latina eius nũc nominis. Cuius quidẽ portæ nulla extat apud veteres scriptores memoria nisi alio fortasse ante nomine vocaretur. vbi extat Sacellum diuo Ioanni Aposto/lo & Euangelistæ sacrum, quo in loco iussu Domitiani Imp. in feruentis olei dolium demersum/illesum euasisse tradunt, & alterum templũ haud longe/eiusdem apostoli vetustate iam collabens.

Diui Io. Euangelistę Sacellũ

❡ Via vero latina dicta est/ꝗ in latinos populos ducat, in qua olim. iiii. ab vrbe lapide/fuit simulachrum fortunæ muliebris. quod solæ nuptæ contingere poterant/vt scribit Val. max. cum inquit Muliebre simula/chrum, quod est in via latina/ad quatuum miliarium, eo tempore, cum in æde sua consecratum Cal. decembris. Quo Coriolanus ab excidio vrbis/maternæ preces repulerunt, non semel, sed bis locutum constitit, his verbis. Rite me vidistis. Rite me dedicastis. Valeria, val. publi/colæ filia quæ muliebris legationis author fuerat, prima Sacerdotiũ tem/pli adepta est. Strabo sic inquit præclarissimæ sunt viæ Appia, Valeria media inter has latina est ad Casinum oppidum iungitur appiæ/a Ca/pua. xix. distans stadiis.

Via latina Simulachrum fortunæ muliebris.

Clarissimæ uiæ Appia. latina. Valeria.

❡ De porta nunc. S. Sebastiani, & via appia.

❡ Porta appia, siue nunc. S. Sebastiani, apud veteres/ Capena voca/batur/a Capenatibus latinis populis, ad quos mittebat. Liuius in agro capenate/ad lucum feroniæ/signa sanguine sudasse scribit: vel a capenate fluuio/vt tradit Sillius italicus cum inquit. Quo sacer humettat fluuia/lia rura capenas. Quod hæc sit porta capena/nulla est ambiguitas quia porta & regio/in qua condita est/ capenæ nomen habent/ festus ita scribit lemoniam tribum/a pago lemonio appellata, qui est a porta capena via la tina. Itẽ Iulius frontinus sic inquit post initium Sãnitici belli/ inducta est aqua ab appio cẽsore, qui etiam viam appiam a porta capena/vsꝗ ad vr/bem capuam muniendam curauit. fuit olim hęc porta satis celebris, qm̃ triumphantes maiori ex parte per hanc ingressi Capitoliũ adibant, vnde triũphalis dicta est. Prętera ab hac porta vsꝗ in arcẽ capitolinã/via stra/ta erat quadrato lapide/vt tradit liuius. Quinetiam regio prima antiquæ vrbis/porta capena dicebatur, intra & extra portã, vbi multa fuerũt olim ornatissima deorum templa/& in primis Lucus, & ædis Camænarum/ a fuluio nobiliore condita, vt tradit pedianus/ vel vt alii scribunt

Porta capena. Capenates populi.

Capenas flu. Lemonia tribus.

Aqua appia

Porta triũphalis.

Lucus & ædis Camænarum.

ab Octauio tibicine, fuit etiam area Apollinis, ædis Spei, & Mineruę, Lucus honoris/& virtutis / & eius ædis, Liuius ædē virtutis ad portam Capenam Marcellus ii punico bello antea votam, dedicauit Augustin' de Ciui. dei Nemo inquit honoris templū ingrediebatur, nisi prius vir/tutis ædem ingrederet. Visebantur olim ad portam Capenam dedicata tēpla a Marcello/ propter exrellentiā eius generis ornamenta, quoꝝ nul/la nūc apparēt, per hanc portā Tertius ex trigeminis Horatiis, q victor, supeestesq; fuit, ingressus est, qui sororem iuterfecit. Cuius sepulchrū eo loco, quo ceciderat ita constructū, esaxo quadrato. Trigeminorum vero, quo quisq; cecidit distantia locis, vt pugnatū est/author Liuius. Excellē/tissimum olim fuit extra portā Capenam Martis templum, quod Sylla in ædilitate sua consecrauit: positū supra centum colūnas in media via/di/ctumq; Martis extramuraneū. Ouidius lib. vi. fast. Lux eadem marti fe/sta est/ quē prospicit extra Appositum rectę porta capena vię. Cuius ma/xima pars corruisse fertur/precibus. S. Stephani papæ/& martyris/ cum illuc ad sacrificandum ductus esset iussu Valeriani/& Gallieni Impe. Sic enim Catholicorum habent historię. Liuius viam inquit Censores ster/nendam a porta capena ad Martis templum locauere, semitamq; saxo quadrato strauerunt. Duo fuisse olim extra capenam portā Martis tem/pla tradunt. Vnum quatuor miliariis ab vrbe distans, in via appia, vt mentes Ciuium a bello auerteret. Alterum paulo extra portam/vt supra dictum est, de quo Seruius Mars inquit Quirinus dictus. Duo eius templa in vrbe, vnum Quirini intra vrbem quasi custodis, & tranquil/li, Alterum in appia uia extra vrbem prope portā quasi bellatoris, & gra/diui, in quo dabatur olim Senatus legatis hostium, qui intra vrbem non admittebantur. Vnde Equites Ro. nonis quintilibus traheati ferentes manu dextra ramos oliuarum, cum ingenti pompa/ad templum Casto/ris, & pollucis/quod est in foro, velut redirent ex victoria, incedebant, quo die psospere contra latinos puguare contigit. Itē idibus Quintilibus Equites Ro. ab æde honoris/equis insidētes in Capitoliū transibāt/exin/stituto fabii Rulliani. fuit pręterea iuxta Martis templū Lapis manalis, quem cū propter nimiā siccitatē in vrbem pertraherent/ sequebatur aqua statim. Eumq;/ꝙ aqua manaret/manalē lapidem dixere, anthor pōpeius. Quidā tradūt Capenam portā fontinalē dictam/a fontiū vbertate. Mar/tialis Capena grandi/porta qua pluit gutta / vnde fontinalis dicta est, & fontinalia sacra fontiū illic fiebant/coronatis pueris/& fontibus/vt scribit festus. Iuuenalis madidā dixit capenam. Item. M. Cicero ad. Q. fratrē

ædes uirtutis

Templum honoris.

Horatiæ sepulchrum.

Trigeminorū Sepulchra.

Templum Martis extra/muraneum.

Martis templa duo.

Mars Quiri/nus

Mars gradiu'

Lapis manalis

Porta fonti/nalis.

Romæ inqt, & maxime appia, ad Martis/mira pluuies, Horti/tabernę plurimæ, magna vis aquæ/vsq; ad piscinā publicā. Liuius ædiles inquit alterā porticum ad portā fontinalē/ad Martis aram, qua in cāpos iter esset, pduxere/in cāpos. i. Martis/& Horatiorū. Fuit pręterea iuxta capenā locus Mercurio sacer cū aspergine aquarū, vbi Mercatores sacrificabāt, vt a piuriis psoluerenť. Ouidius in fast. Est aqua Mercurii porta vicina Capenæ/Si iuuat expertis credere/numen habet. Fuit itē extra capenam ædes Tēpestatis quā Marcellus, q primus Corsos subegit, cū in Corsicam & Sardiniā nauigaret, in eo mari pene submersus a piculo seruatus est, deæ tēpestati ædem erexit. Idē in eodem,

Locus Mercurio sacer.

AEdes tēpestatis.

Te quoq; tēpestas meritam delubra fatentur,
Cū pene est corsis obruta pupis aqua.

¶ Via vero ab hac porta inchoans vocať appia/Ab appio claudio censore, q eam Capuā vsq; strauit/ea latitudine, vt plaustra duo ex aduerso in uicē occurrentia libere recipet. Liui[9] memorię fœlicitatis nomē Appii/& viā muniuit, & Appiā aquam in vrbē deduxit/quā quidē viam Cæsar dictator/vel exornauit, vel restituit/vt tradit Plutarchus/cū inquit. Cōmissa dehinc illi appiæ viæ cura/ingentes progegit pecunias. Nouissimē vero Traianus Imp. restituit/strauitq; eā Brundusiū vsq;/deficatis paludibus/excisis collibus, aggeratis vallibus/saxis cōstratis viis circum, ac pontibus magnificentissimi operis/excitatis/permeabiles fecit/ vt scribit Dyon. Strabo vero Appia inquit ad mare ptendit/vsq; Sinuessam secās partem pōtinæ viæ. Per viam itē appiam deferebantur olim omnes ppe triumphi, vnde regina viarū dicta est de qua Papinius.

Vi Appia.

Appia cunctarum fertur regina viarum.

Appia regina uiarum.

Romæ inquit Liuius signum Martis/appia via ad Simulachra luporū sudasse constat. In via ēt Appia ad primum fere lapidem occurrit/paruū sacellum cognomento. Dn̄e quo vadis. vbi Christus dicitur pōst ascensum in cœlum occurrisse Petro apostolo. Petrus enim ad declinandam iram principis/monētibus amicis/via Appia, ab vrbe discedens/ad primum lapidem Christo fit obuiam/quem rogans Dn̄e quo venis. Tum Christus romam iterū crucifigi. Vnde extat Sacellū, vbi hęc verba habita sunt. Extant & vestigia vbi steterunt (vt vulgo creditur) pedes eius marmore impressa. Quæ adhuc cernūtur in tēplo sancti Sebastiani dextra vię ad .ii. lapidem Vbi Cœmiterium Calisti/& sepulchra martyrum in subteranea crypta/manu facta apparent. Et sacella vbi priuatim sacrificia fierēt/quę publice olim Imperatorū metu celebrari nō poterāt.

Sacellum cognomento. dn̄e quo uadis

Cœmiterium Calisti.

¶ De porta nunc. S. Pauli & via ostiensi.

porta trigemia Horatii et Curiatii.

¶ Sequitur porta nunc. s. Pauli siue ostiēsis/quæ & Trigemina dicta ē, a vetustissima illa / per quā trigemini Horatii egressi dicunt/cū Curiatiis/de summa Imperii creaturi. Fuit aūt illa prior porta Trigemina inter Tyberim & Auentinū/sub angulo montis /relicta a dextris ripa fluminis/iuxta naualia/& eūdo ad proximū fornicem/q nūc extat in media via/cognomēto arcū septē Vesp. iuxta salinas/& formam aquæ Appiæ/ cuius adhuc quædā apparēt ruinosa vestigia/inter pximas vineas. Huius loci meminit Frontinus/cū inquit ductus aquæ appię habet longitudinē a capite vsq ad salinas/q locus est ad portā Trigeminam, & subdit, Cacus habitauit locū, vbi salinæ nomē/vbi trigemina porta. Habitauit aūt Cacus in crepidine pximi montis/sub tēplo nunc sanctæ Mariæ auentinæ Supra ipsam portā isalinarū ēt extant adhuc subteraneæ cauernę manu factæ/in proxima vinea iuxta ripam tyberis. Item Liuius, E o anno inqt porticum vnā extra portam trigeminā/emporio ad tyberim addito/inter lignarios fecerunt. Per trigeminā tradūt Horatios egressos / per Capenā vero tertiū illū/q superstes ac victor rediit/ Romā petisse / vt scribit Liuius: fuit olim in hoc ambitu Capena oppidulū, vnde quidā portam hāc Capenā fuisse putant/cū non sit, vt supra ostendimus. Porta vero/quæ nunc dicit̄ sctī pauli/longo tēpore post/ibi cōdita/& mutato pomerio/dicta est trigēina. postea. s. pauli pductis mœnibus vsq ad tyberim & inde per ripam eius vsq ad naualia/vt locus esset a piratarum / & barbarorum incursionibus tutior.

Salinæ.

Ductus aquæ appiæ.

Emporium.

Porta sancti Pauli.

Via ostiensis.

Basilica sancti Pauli.

¶ Via aūt quę p hanc portā egreditur vocatur Ostiēsis/eo q Ostiam tyberinā petit, vbi ad. x. ferme stadia/ occurrit venerabilis Basilica diui pauli apostoli/a Constatino imp. cōdita marmoreis ornamentis, litho/stroto/& vermiculato ope a fronte & a tergo interius/ cōspicua/opera & impensa Honorii. iiii. vt illic eius nomen legit̄/ingentibus colūnis & excelsis absidibus suffulta/vbi sub priore altari ossa apostolorū petri/& pauli/æquali portione diuisa requiescunt/vbi & multa sanctorū corpa / & reliquiæ cōditæ dicunt̄. Quā qdē basilicā prudētius poeta ita describit.

Prudētius poeta

Subdidit & paruas fuluis laquearibus columnas/
Distinguit illic quas quaternus ordo/
Diuidit ossa duum tyberis sacer ex vtraq ripa/
Inter sacra dum fluit sepulchra/
Dextra petrum regio tectis tenet aureis receptum/
Parte alia titulum pauli via tenet Ostiensis/

Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt/princeps bonus has ſacrauit arces.
Cuius veſtibulum ſiue atrium Hadrianus primus marmoribus ſtrauit/ ſicut donus papa Atrium ſancti petri.

Oſtia Tyberina.

❡ Et qm̃ Oſtienſis via Oſtiã petit/operæpretiũ videt̃ aliqd in hoc loco de illa dicere. Strabo lib. v. Oſtia inquit importuoſa eſt/ ꝑpter limum/ quẽ tyberis/multis refertus amnibus aggerat/ non paruo igit̃ diſcrimine agitata ſalo/ſtant in anchoris nauigia/vicit tñ vtilitas/nãq; miniſtrãtium copia Scapharum/quibus eximuntur/& imponunt̃ onera/in pigram ef/ficit nauigandi facultatẽ/anteq̃ flumen attingat. Sunt quæ ex parte leuatis oneribus amnẽ intrant/& penes Romã ſtadiis. clxxxx. aduerſa ꝑducitur aqua. Oſtia/quæ tale oppidũ eſt Ancus Martius cõdidit. Nec vrbs tm̃ hoc rege creuit inqt Liuius/ſed ẽt ager/fineſq;/ſilua meſia/Salinæq; circũ factæ. Et ſubdit. Oſtia ab Anco martio extructa militiæ/oĩumq; mune/rum vacationẽ habuit. Euerſam olim a ſarracenis Leo. iiii. reſtituit/cor/ſiſq; colonis hitãdã dedit. Martin⁹. v. turrim in ea excitauit/quã Iulian⁹ Car. s. petri ad vĩc. loci pręſul/q poſtea Iulius. ii. dictus eſt/magno ſum/ptu refecit vna cum oppido/coartato ambitu. Extatq; hodie arx mariti/motũ comeatuũ pręſidium/in tyberis ripa/cũ paucis admodum caſulis: in veteribus priſcæ vrbis ruinis/excitatis/ac quæ in pelagus extendi vidẽ/tur: vrbs ipſa in ſiniſtra planitie fuiſſe inter oppidũ qd nũc nouũ extat: & mare: cũ templo. s. Auræ: vbi ſecunda poſt romanã: epiſcopatus digni/tas. Erat olim in hoc ipſo angulo magnus ille: ac memoratiſſimus ab an/tiquis ſcriptoribus ſinus: vbi atriũ: & regia fuiſſe dicitur tyberini dei: de quo Virgilius libro. viii.

Oſtia Anci martii colonia.

tyberini regia. Magnæ deum matris Simulachrum

Hic mihi magna domus: magnis caput vrbib⁹ exit.
Quo deuecta fertur deum mater:
Quo ẽt oẽs equites ro. & matronæ ad eã excipiẽdã cõuenere. Oui. i faſt.
Omnis eques: mixtaq; grauis cum plebe ſenatus:
Obuius ad tuſci fluminis ora venit:
Fluminis ad flexum veniunt: tyberina priores:
Atria dixerunt: vnde ſiniſter abit.
Nam deũ mater e peſſimunte phrygię oppido aduecta: iuſſu Sibyllinorũ car. & Apollinis oraculo: tyberino alueo ſubſtitit: in harena: propter ni/miam ſiccitatẽ: & cum nõ poſſet ullis humanis viribus: aut ingenio mo/ueri. a. Q. Claudia veſtali: iniecta zona: Nauis in q̃ dea erat: paruo de/

Q. Claudia ueſtalis.

Almo fluuius.

mum conatu mota dicit. Quo miraculo erecta est illi Statua in foro: cu ius rei satis multa Liuius. & Ouidius in fastis. in eo quidẽ sinu adueniẽte nocte/dea qeuit. Postera uero die inde soluentes pduxerunt eã ad Almo/ nem fluuiũ, vbi lota est/erat enim multo limo oblita. Labit autem almo ad. x. ab vrbe lapidẽ/in tyberim defluens. Oui. in fast.

Nasica uir optimus.

Est locus/in tyberim, qua lubricus influit almo,
Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illic purpurea canus cum veste sacerdos/
Almonis dominam/sacraq; lauit aqua.

Templũ matris deum.

Delataq; tãdem per portam capenam/excepta ẽ hospitio a Scipione Na/ sica optimo oĩum tunc viro. Plinius hunc vnũ esse dicit, qui a condito æuo vir optimus sit iudicatus, & dign⁹/q matrem deũ domi/vsq; ad cõ/ ditum templũ exciperet. Cui deę. Q. Cecilius Metellus templũ in re/ gione portæ capenæ ex donis deæ collatis, ac stipe erexit. Quod postea Augustus cæs. instaurauit. Vnde Ouidius in fast.

Matris deum Simulacrum:

Illa sedens plaustro porta est inuecta capena,
Sparguntur niueæ flore nitente boues.
Nasica excepit, templi non extitit aurhor/

Nouus almo.

Augustus nunc est, ante Metellus erat.

Cuius deę simulachrũ habebat in manu Timpanũ, & in capite turres. Et qm̃ nimis distabat ab vrbe prior/ac vetus Almo, vbi primum dea lota est finxerunt alterũ almonẽ/vrbi ꝓpinquiorem riuũ, qui labitur paulo extra portam capenã/quem Romani hodie vocant riuũ Appii. In Al/ mone quin ẽt quot annis/de more, a gallis sacerdotibus ipsa dea, Calen. Aprilis abluebat. Vnde Lucanus. Et lotã paruo reuocant Almone cy/ bellem. Martialis, Capena grandi, porta, qua pluit gutta, Phrygi⁹, qua matris almo, qua lauat ferrũ. Horatiorum qua viret sacer campus. Qui lauandi mos seruatur hodie Romę in lauandis pedibus imaginis Salua/ toris dum gestatur per vrbem mense Augusti.

Galli sacerdotes.

Campus Horatiorum.

De porta, & via portuensi.

Regio transtyberina, mœnibus, & tyberi vndiq; munita, tris tm̃mõ habet in ipsis mœnibus portas, Portuensem, Pancratianã, & Septimia/ nam. Quæ quibus ante noĩbus apud antiquos vocarent nõ satis cõper/ tum habeo. Porta autem portuensis inter Ianiculũ & tyberim sita, vnde via inchoat portuensis, quæ ducit ad portnm ostiensem, a quo porta / ac via/nomen accepit. Quẽ portũ Claudius cæs. excitauit: vt scribit Sue/ tonius cũ inquit. Opa magna poti⁹ q̃ necessaria perfecit. Inter quæ emis/

porta portuẽsis
Port⁹ ostiensis

sarium fucini lacus, portumq; ostiẽsem, quanq̃ sciret/ex his alterum ab Augusto, precantibus assidue Marsis, negatũ. Alterũ a diuo Iulio sæ/pius destinatum, atq; propter difficultatẽ omissum/vtrumq; Claudius peregit mersaq; in ipso ostiensi portu magna triremi, qua nunq̃ in mari maior visa est/ad iacienda fundamenta, ea vaticanus Obeliscus aduect' fuerat/longitudo spatiũ obtinuit/magna & parte ostiensis portus/latere leuo, ibi nãq; demersa a Claudio, cũ tribus molibus turrium altitudi/ne/in eam ædificatis obiter puteolano puluere aduectis, cuius arboris crassitudo quatuor vlnas cõplectentium implebat, author Plinius. In eo portu fuit ædis portũni/qui portubus pręest: in cuius ædificatiõe por tũnalia facta sunt. Excitauitq; idem princeps marmoreã in mari turrem instar alexandrinę phari/vbi nocturna lumina affixa, viam nautis portũ subituris, aperirent, quę hodie marinis fluctibus cessit vna cum portu Extant hodie in ambitu magnę ruinæ ciuitatis portuensis/cum tem/plo. S. Lucię, quę nunc est tertia dignitas post ro. Quem locum hodie intersecat pars quota tyberis, & riuus ipse vocaf fluuiolus, huius vrbis nemo exueteribus scriptoribus quod sciã meminit/sed portus tantũ meminere ostiensis, qui postea (vt videtur auctus est vndiq; ędificiis, & rerum maritima℞ conditoriis/quorum adhuc extant vestigia circũ sta/gnum: quod adhuc illic extat.

Obeliscus ua/ticanus.

ædes portũni. portũnalia. Turris pharos

¶ De porta nunc. S. Pancratii & via aurelia.

¶ In vertice Ianiculi mõtis/qui hodie dicitur mons aureus/extat por/ta. S. Pancratii a ꝓpinquo. S. Pancratii extra eius portã templi/asym/macho papa natiõe i sardo cõditi/quã ꝑcopius pãcratianã vocat. Qui/dam vero aureliã, siue ab Amelio consulari viro, siue ab Aurelio imp. dictam esse scribũt. Sed procopius Cæsariensis medicus/qui erat in ca/stris belissarii/& gesta℞ eius reum/& Gothici belli scriptor/tradit Au/reliam portam fuisse iuxta molem hadrianã, eandem &. S. Petri nuncu/patam/a propinqua eius basilica, cum inquit, Sepulchrũ Adriani extra portã aureliam/iactu lapidis impositũ/nisi forsan duę portę tũc fuerint eiusdem nominis, duobus in locis/ęodem tẽpore, vna hæc, altera in Ia/niculo/sicut etiam duę portę duę viæ triumphales/vaticana, & capena/via appia/& vaticana.

Mons aureus porta pancra/tiana

Procopius cæ/sariensis medi cus. Gothici. Belli scriptor. porta aurelia Hadriani Imp. Sepul.

¶ Viam vero aureliã satis constat fuisse consularẽ/ac vetustissimam ab Aurelio Cõsulari viro stratã, Cui' memĩt Cicero. Quę & traiana dicta est a Traiano Imp q eã restituisse dicif. Ea tẽdit p maritima maris tusci vt tradit. M. Antonius in Itinerario. In via Aurelia fuerũt olim Horti

Aurelia uia cõ sularis. M. Ant. iune/rarium.

Horti Galbæ

Galbæ Imp. vbi idem princeps sepultus fuit: vt scribit Tranquillus.

De porta septimiana.

Porta septimiana

Inter portam. S. Pancratii/& tyberim ad radices Ianiculi montis extat porta Septimiana/a Septimio Seuero Imp. dicta, teste Spartiano cum inquit/Opera eius publica extant. Septizonium, & Thermæ Septimianæ/in transtyberina regione ad portam nominis sui/vbi Ianus Septimianus, & ara Septimiana. Quam portam iam vetustate collabentem: Alexander. vi. nuperrime a fundamẽtis instaurauit, & in meliorem formam redegit, vbi Septimii antea legebatur inscriptio. Quidam eam appellauerunt portam subtus ianum: q̃ sub eius mõte sita fuerit. Aliqui vero fontinalẽ. i. deab⁹ fontiũ sacrã. sed doctiores fontinalẽ Capenam fuisse dicunt. Ab hac porta postea Iulius. ii. viam direxit ad amussim per ripam tyberis vsq̃ ad portam nunc. S. Spiritus. vbi a dextris & sinistris sumptuoseq; surgunt ædes quã quidẽ viam destinauerat a platea. S. Petri vsq̃ ad naualia sub auẽtino/qui locus vulgo ripa dicitur disfractis hinc inde ædificiis promouere.

Ianus septimianus.
Ara Septimiana.
Porta fõtinalis

De porta vaticana, siue triumphali.

Vltima ex antiquis porta fuit vaticana in rippa tyberis/in aditu põtis vaticani: cuius vestigia adhuc in medio extant fluuio. vbi nunc est Hospitale. S. Spiritus in Saxia. Quod Innocentius. iii. a fundamẽtis excitauit, auctũ ab eo magnis prouentibus. Quib⁹ peregrini/& ægroti ac spurii vulgoq; concepti orphani alerentur. Quem locũ Syxtus. iiii. postea instaurauit, & ampliauit & multis identidem prædiis & prouentibus auxit. Vocatur aũt. S. Spiritus in saxia a Saxõibus Germanineq; populis: qui illic aliquando cõsederunt/ne intra vrbem/propter Latrocinia reciperentur. Hanc & triumphalẽ portam fuisse tradunt. Suetonius in funere Augusti scribit Quosdam Senatores censuisse Augusti fun⁹ porta triumphali ducendũ idem scribit Cor. tacit⁹ li. prĩo. & Hieronymus in funere Diui Petri apostoli. Eruditiores vero triumphalem portam/Capenam fuisse tradunt.

S. Spiritus in Saxia.
Porta triũphalis.
De portis burgi. S. Petri.
Campus uatican us.

Leo. iiii. patria Ro. primus oĩum inclusit mænib⁹ cãpũ vaticanũ, & appellauit de suo noĩe ciuitatẽ leonianã, Eãq; hitandã dedit Corsis, q tũc e Corsica insula a Sarracenis eiecti Romã confugerant. Hac potissimũ causa/ne basilica. S. Petri/quæ tũc erat in maxima solitudine (vt sæpi⁹ ante acciderat) diriperetur. Constituitq; in eo mænium circuitu portas sex omnes quidem necessarias/opportunasq;. Quarũ prima iuxta Hospitale. S. Spiritus in æditiore loco nuperrime instaurata/ quæ mit/

Portæ ĩ burgo S. Petri.

tit in transtyberinam regionem per Septimianā portam inter tyberim & Ianiculum. ¶ Secunda nunc dicitur porta Turrionis iuxta fornaces vaticanas. Quæ olim vocabatur posterula/ a posterulone quodam ex Saxonia : qui illic aliquando habitauit vel ꝙ magis verisimile est ꝙ in posteriore parte sita sit vrbis. ¶ Tertia est porta pertusa in ædito loco sita supra basilicā. S. Petri/cui propinqua est alia parua quędā porta extra numerū/supra viridariū vaticanum / in vsum tantum palatinorū. ¶ Quarta iuxta plateam. S. Petri quæ dicit̃ porta. S. Peregrini/ siue viridarii. ¶ Quinta iuxta molem Hadrianā, quę mittit in prata vaticana. ¶ Sexta, quę burgū. S. Petri vrbi coniungit/omniū pulcherrima. quā Alexander. vi. cū Castrum. S. Angeli męnibus renouaret nouam ibi excitauit, & ampliauit ad excipiēdam omnem populi multitudinē priore / veteriq; abolita ærea porta/ inter pontē & molem: quę nimis angusta erat. Directa alexandrina de suo nomine ad amussim via; vsq; ad portam palatii vaticani/submota e medio pyramide/ quæ impedimento erat. Idem etiam pōtifex portas prope oēs vaticanas instaurauit. Collabentiaq; loci mœnia reparauit in quibus occultū excogitauit iter pōtificū cōmodo peregitq; ab ædibus vaticanis, vsq; ad molē Hadrianam, cōmoditatis, securitatisq; causa/vt sine arbitro quotiensčunq; libuerit in proximam/exploratis prius latebris/molem gestaretur.

¶ Fuerunt & alię nō nullę antiquæ vrbis portę ēt intra muros vrbis vt scribit. M. Varro, quarū hodie sola nomina extant, vt portæ Romuli circa palatiū. fuit & Querquetulana/ad radices collis vimialis a Quercu, quę iuxta portā erat, ita dicta: vt scribit festus. plynius fuit inqt porta Querquetulana in colle/inquem vimina petebantur, vbi Querquetulanū Sacellū iuxta lucum Iunonis lucinæ, & lucū fagutalem/ vt tradit. M. Varro. ¶ Fuit & porta lauernalis/a lauerna dea, quę iuxta eā portā colebatur/est enim lauerna dea furū/vnde lauerniones fures olim vocabātur. ¶ Fuit & porta raduscul ana ꝙ rudis esset īposita / vel relicta iuxta Nęuiam, vel ꝙ ære munita esset. ¶ Fuit porta rutumena, a quodam auriga ita dicta, qui veiis cursu victor in vrbē rediit. ¶ Minutia porta/a sacello Minutii nuncupata. ¶ Catularia a canibus, ꝙ iuxta eam canes ruffæ īmolarentur Syrio, propter fruges. ¶ Piacularis propter quædā piacula / q̄ illic fiebant. ¶ Salutaris, quæ proxima erat ædi Salutis. ¶ Sācualis siue sangualis, ꝙ Sancualis ædi esset propinqua, & ædibus Anci martii regis in summa via sacra. ¶ Ianualis a signo Iani ibidem effixo. ¶ Libitinensis, per quā fato defuncti efferē

Porta posterula nūc turriōis.

Porta pertusa

Porta uiridarii

Porta Castelli.

Via alexādrīa.

Porta Querquetulana

Querquetulanum Sacellū.

Porta lauernalis.

Raduscul ana.

Rutumena

Minutia

Catularia

Piacularis

Salutaris

Sangualis

Ianualis

bantur. Ex his Romanula, Ianualis, Mutionis, & Sanccualis nõ in po
Fenestella.
mæriosfed intra vrbis ambitum fuisse traduntur. ¶ Fuit & porta fene
stella: ꝙ parua, & angusta: & ꝙ per eam Tanaquil ad populum locuta,
vt Seruium tulliũ generum regnare paterentur donec Tarquinius pri
scus cõualesceret, vel ꝙ per eam fortuna intraret ad Seruium tulliũ no
cturno tempore: vt scribit Oui. lib. vi. fast.
Nocte domum parua solita est intrare fenestra.
Stercoraria.
Vnde fenestellæ nomina porta tenet. fuit & porta stercoraria ĩcliuo ca
pitolino: vt scribit põpeius, vbi sordes ex tẽplo vestæ sublatæ, cõdebã
tur inde post in tiberim transferendæ. Preterea sciendũ est totã olim vr
bem fuisse cinctam vndiꝗ firmissimis mœnibus, & portis: sed rariorib⁹
versus martiũ campum, qm̃ munitus erat alueo tibris. Appianus: Syl
la inquit in campo martio ante portas vrbis statuit. Erant etiam portæ
in pontibus tyberis sicut nunc sunt. ¶ Hactenus de portis. Erãt pte
Viæ celebres
rea viæ (præter quas descripsimus intra, & extra vrbem celeberrimæ.
Alta semita
¶ Alta semita in dorso mõtis Quirinalis: q̃ inchoabat a Thermis Cõ
stantini Imp. nõ lõge ab eo loco, vbi nũc sũt Caballi marmorei, & ten
debat recto tramite per mediũ montis dorsum, vsꝗ ad portam vimina
Via lata
lem, nũc. S. Agnetis. ¶ Erat & via lata, q̃ incipiebat iuxta septa Cã
pi martii & viã flaminiam: & protendebatur vsꝗ in Capitoliũ, extant
adhuc signa in platea Sciarræ vnde inchoabat, & ante. S. maria in via
Subura
lata: vnde locus nomen accepit. ¶ Erat & via Subura oĩum olim ce
leberrima, in media vrbe constituta, dicta vel ꝙ sub muro terreo Ca
rinarum esset, vel a pago succusano, detrita littera, vt scribit Varro. Ea
inchoabat a regione Tabernolæ supra Colosseũ, vbi Suburæ caput: &
principium labicanæ, versus aurorã tendentis. Subura vero per radi
ces Exquiliarũ longo ambitu perducebatur vsꝗ ad ædem. S. Luciæ in
orphea, siue in capite suburæ, vnde principium viæ prænestinæ. In subu
ra olim prostrabãt meretrices, vt ait Martialis Famæ non nimiũ bonę
puellã. Quales in media sedent subura. Iuuenalis itẽ de tyberino igno
bili pisce. Et solitus mediæ cryptã penetrare suburæ extabat nuper in
media via turris cognomẽto secura ꝓ subura q̃ hodie a magistris viaꝝ
Suburana regio
diruta est viæ ampliãdę causa. Erat pterea suburana regio antiqua, vna
ex quatuor, in quas Seruius tullius diuisit vrbem. Suburanæ regionis
Via sacra
inquit Varro princeps est Cęlius mõs. ¶ Erat & via sacra: q̃ inchoa
bat a curia veteri, in angulo palatii, iuxta arcum Constantini Imp. vt
quidam tradunt. M. Varro aũt a Carinis, cum inquit, Carinas ab eo

dictas: hic orit caput viae sacrae: Ea demũ p arcũ Titi. Vesp. & fora Ro. ducebat ĩ Capitoliũ. Sacra vero dicta: q ĩ ea ictũ fuit foedus iter Romulũ: & Tatiũ. In qua ẽt Augures sedẽ habẽtes augurari cõsueuerãt. Siue vt tra lit Varro: q p eã ab arce ad augures sacra quot mẽsib' ferebant. Cesar dictator inquit Plynius totũ forũ viãq sacrã: a domo sua ad cliuũ vsq capitolinũ linteis cõtexuit: munere gladiatorio. Huius sacre vie pars haec sola vulgo nota quae ẽ a foro eunti priore cliuo. In via sacra erat olim mercatus rex venaliũ: vt scribit Varro de re rustica. huiusce inq̃ pomarii summa sacra via: vbi poma veneũt. Ouidi' de arte Amãdi Rure suburbano poteris tibi dicere missa: Illa vel ĩ sacra sint licet empta via. In via sacra vẽdebat ẽt mel. ❡ Erat preterea via noua: iũcta foro. Oui. ĩ fastis. forte reuertebar festis vestalibus illa Qua noua romano nũc via iũcta foro ẽ. Ea ĩcipiebat a porta Mugionis: deinde p palatiũ: & iuxta septizoniũ pducebat vsq in piscinã publicã & Thermas Antonini bassiani: vbi caput ipsius viae: quã ipse princeps muninit. Liuius eodẽ ãno. M. Cedicius de plebe nũciauit se ĩ noua via: vbi nũc Sacellũ ẽ sup ede vestae noctis silẽtio audisse vocẽ clariorẽ humana: quae magrãtibus dici iuberet gallos aduentare: vñ Aii locutii: q Aius loquẽs a Cice. lib. ii. de diuinatione dictus ẽ. sine fame tẽplũ: pp celestẽ famã auditã: ĩ noua via fieri iusserũt qd' Camilli' strusit: vt scribit Plutarchus. ❡ Erat ẽt via triũphalis p portã: & pontẽ vaticanũ tẽdẽs: vsq ĩ capitoliũ vñ diuus Hieronymus de uiris ill. Sepultus ẽ inqt Petrus iuxta viã triũphalẽ ĩ vaticano totius vrbis veneratione celebrat. ❡ Fuit & via Vitellia a Ianiculo vsq ad mare vt scribit Suetonius ĩ vitellio. ❡ Fuit & via recta ĩ martio cãpo: vt scribit Seneca. ❡ Fuit & via publica: de q̃ Liuius Rome inqt de celo tacta via publica. ❡ Fuit & via fornicata ĩ martio cãpo iuxta flãminiã: & septa ad vsum militũ: vt scribit Liuius. ❡ Erãt praeterea extra vrbẽ vie celebres. Claudia iũcta flaminie vbi horti erãt oui. vt ipse scribit de põto Nec que pomiferis positos ĩ collib' hortos: Spectat flãminie claudia iũcta viae ❡ Erat & via aemilia: a lepido collega. C. flãminii ĩ cõsulatu strata: ab aemilia regiõe bononiã vsq. ❡ Erãt aũt aemiliae duae: altera: quae flãminiã excipiebat: altera: quã strauit scaurus p pisas: & lunã in Sabatios vsq. ❡ Erat & via Tyberina: quae Ciminia: & Cassia: que Etruriam discriminat. fuerũt, & iuxta vrbem viae clarae, Valeria. A tyburtinis incipiens, p marsos, & pelignos ducit, vt tradit Strabo. media est latina, per algidum tendens. fuerunt pretere a. via Quintia

Via noua

Via triũphalis

Via uitelia.
Via recta

Claudia
Flaminia.

aemilia.

Tiberina
Valeria.

Gallicana.patinaria.Ianuclensis.Setina.Cornelia.Laurētina, Ardeatina,quarum hodie vix signa apparent. Vias autem vrbis magna ex parte disruptas,sua impensa Vesp.Imp.restituit, vt apparet in marmore,in porticu ædium Conseruatorum in capitolio.

IMP. CÆS. VESPASIANO AVG. PONT. TRIB. POT. II. IMP. XII. COS. DES. IIII. S.C. QVOD VIAS VRBIS NEGLEGENTIA SVPERIORVM PRINCIPVM CORRVPTAS IMPENSA SVA RESTITVIT.

Viarū itinera

Quarum aliquę Consulares,vt Aurelia ī maritimis Etrurię pisas versus. Cassia ad Sutrium, Viterbium Volsinenses. flaminia per narniā, spoletum,fulginiam,nuceriam,fanum fortunę,pisaurum.ariminum. Per latinam ad labicos,& campaniam,in capenatē vsq; saltum. Per appiam albæ. aritiæq; ruinas,pontinas paludes,taracinam, fundos, sinuessam,stellatemq; campum,brundusium vsq;.

DE REGIONIBVS PRISCÆ VRBIS NVMERO .XIIII.

Quatuor priscæ urbis regiones.

¶ Placet & regiones priscæ vrbis in quas olim ex veterum traditione distincta erat,breuiter describere. Seruius Tullius primus urbē in quatuor regiones diuisit,palatinam,suburanam,exquilinam,& collinam. Postea Augustus Cęsar spatium vrbis in regiones,& vicos distinxit. Plynius scribit regiōes priscæ vrbis fuisse quatuordecim. Extat hodie in Capitolio marmor in porticu ædiū conseruet his litteris.

IMP. CÆS. DIVI TRAIANI PARTHICI .F. DIVI NERVÆ NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. EX. IMP. II. COS. III. PP. MAGISTRI VICORVM VRBIS REGIONVM. XIIII.

REGONES PRISCÆ VRBIS.

Roma & Constantinopolis in.xiiii.regiōes diuisæ.

Regionū noīa

¶ Duas tm̄,& illas regias vrbes,Romā,& Cōstātinopolim,alterā regę magistrā,alterā eius æmmulā. in regiones.xiiii.vtrāq; distinctā reperio. Regio prima nostrę vrbis,Porta capena vocata est.ii. Celimōtana.iii.isis,& Serapis.iiii. Tēplū pacis.v.Exquilina.vi. Alta semita. vii.via lata.viii.forū romanū.ix.Circus flāminius.x.Palatiū.xi.Circus max.xii.Piscina publica.xiii.Auētinus.xiiii.Trāstyberina.fuerūt pręterea aliæ extra hunc numerum particulares:vt regio Tabernolæ. Suburanæ:& collinæ:deinde regio fasciolæ & adursum pileatum.

❡ Regio prima antiquæ vrbis porta Capena dicta est, a propinqua illic porta. Quæ regio sola omnium intra, & extra limen cõstituta dicitur continebat aũt exterius Martis tẽplum extramuraneum, Almonẽ fluuiũ ædẽ tẽpestatis. Cãpum Horatioꝝ. & quædã alia: Interius vero Cęliolũ & primas partes Cęli montis: & iuxta ipsam portam: erat ædis cũ aqua mercurii & vicus & ædis Camœnaꝝ vicus Drusiani. vicus Sulpici vlterioris & citerioris. vicus fortunæ obsequẽtis. vicus puluerarius. vicus honoris & virtutis vicus triũ ararum. vicus fabriti·edis Mineruę. Area Apollinis. Area Spei. Area Galli: siue trallii: siue galli ę. Area pinaria. Area Carsuræ. Lacus Promethei. Lacus Vispani: vel Vespasiani: balineũ Torquati: balineũ Vectii bolani. balineũ Mamortini: balineũ Abascãtiani: balineũ Antiochiani. Thermæ Seuerianæ. Thermæ Cõmodianæ. Arcus diui veri parthici. Arcus diui Traiani. Arcus Drusi. Mutatoriũ Cęsaris. Vici. ix. ędiculę x. vicomagr̃i. xxxvi. Curatores. ii. Denũciatores. ii. Insule. iiii. Mil. ccl. Domus. cxx. Horrea. xxiii. balineæ priuata. lxxxii. lacus. lxxxii. pistrina. xx. Regio in ambitu continet pedes. xii. Mil. ccxxii.

REGIO. II. CELIMONTANA.

❡ Continebat olim hæc regio cæterã partẽ Cęlii montis. Tẽplum Claudii. Macellũ magnũ ibi & cãpus Martialis. Antrũ Cyclopis. castra peregrina. caput Africæ. Arbor sancta. Domus vectiliana. Regia Tulli hostilii. Tẽplumq; qđ in curiã redegit: ordine ab se aucto: patribus minoꝝ gentiũ: Mãsiones albanæ: Mica aurea: Armamentariũ: Spoliũ samariũ. ludus matutinus. Ludus gallicus, cohortes. v. vigilũ. vici. xii. ædiculæ. viii. vicomagistri. xxviii. curatores. ii. denũciatores. ii. Insulæ iii. Mil. Domus. cxxxiii. balineæ priuatæ. xx. pistrina xii. Regio in ambitu continet pedes. xii. Mil. cc.

REGIO. III. ISIS ET SERAPIS.

❡ Hæc regio inchoabat statim post cęlium montẽ versus sept. & occupabat magnã partem Exquiliarũ. in qua erat Amphitheatrum qđ capit loca. lxxxvii. Mil. Ludus Dacius. Domus brytiana. Samium coragium: prætura pręsentissima. Thermæ Titi. Thermæ Traiani. Thermæ Philippi imp. lacus pastoris. Schola Quæstorum. Schola capulatorum. Porticus liuia: Castra Misenatium: Subura. Vici. viii: ædiculę. viii. Vicomagistri. xxiiii. Cur. ii. Den. totidem. insulæ. ii. Mil. cclvii. Domus. clx. Horrea. xviii. balineæ priuatæ. lxxx. lacus lxv. pistrina. xii. Regio in ambitu continet pedes. xii. Mil. ccccl.

REGIO.IIII.TEMPLVM PACIS.

❡ Regio hęc breuissima & oblonga inter palatinm & Exquilias cũ superiore cõfusa. In qua erat olim tẽplum pacis. Tẽplum Remi. Tẽplum Veneris. Tẽplum faustinæ. Tẽplum Telluris. Via sacra. basilica Cõstantini. basilica Pauli æmilii Sacri portus. forũ transitoriũ, balineũ Daphnidis. Porticus absidata. Area Vulcani, cũ vulcanali, vbi lotos a Romulo sata, in qua area sanguine p biduũ pluit. buccina aurea, vel buccinũ aureũ, Apollo sandalarius, Horrea Chariarea, vel testaria Tigillũ, Sororiũ. Colossus altus pedes. Cii. & semis habens in capite radios. vii. Singuli pedes. xii. & semis. Meta sudans Carinæ, Domus Pompei. Auita Ciceronũ domus. Vici. viii. ædiculæ. viii. Vico magistri. xxii. Cur. ii. Den. ii. Insulæ. ii. mil. Dcclvii. Dom⁹ Cxxxviii. Horrea. viii. Balneæ priuatæ lxxv. Lacus. lxxviii. pistrina. xii. Regio in ambitu continet pedes. xiii. mil.

REGIO.V.EXQVILINA.

❡ Occupabat olim hęc regio cęterã partẽ Exquiliarũ, cũ turre Męcenatis, & pximo colle viminali. In qua fuit lacus pmethei Macellũ liuiani. Nymphęũ diui Alexandri. Cohortes. vii. vigilũ ædes Veneris Erycinæ ad portã collinam, horti planciani, vel plauciani, Horti Męcenatis. Regia Seruii Tulli, Hercules Sullanus. Amphiteatrũ castrẽse. Cãpus exquilinus, & lucus, cãpus viminalis sub aggere. luc⁹ petilinus. Tẽplũ Iunonis lucinæ. Lucus fagutalis. Domus. M. Aquilii iurecõsulti, & . Q. Catuli, & . M. Crassi. Ara Iouis Viminei. Minerua medica, Isis patricia. lauacrum Agrippinæ. Thermæ Olimpiadis. Vici. xv. ędiculę. xv. vico magistri. lx. Cur. ii. Den. ii. Insulę. iii. mil. Deccl. Domus. Clxxx. lacus. lxxix. Horrea. xxiii. balneæ priuatæ. lxxv. pistrina. xii. Regio cõtinet in ambitu pedes. xv. mil. Dcccc.

REGIO.VI.ALTA SEMITA.

❡ Hęc regio ĩcludebat olĩ montẽ Quirinalẽ, & pximã a sinistris vallẽ iuxta collẽ hortulo℞. In q̃ vicus bellonæ. vic⁹ Mamuri. Tẽplũ Salutis ĩ colle Quirinali, Tẽplũ Serapeũ. tẽplũ Apollinis & Clatræ. tẽplũ floræ, Circus floralis. Capitoliũ vet⁹. Diu⁹ fidi⁹ ĩ colle, fo℞ Salustii, fortũa publica ĩ colle, Statua Mamuri plũbea Tẽplũ Quirini. Dom⁹ Attici Malũ punicũ, ad qđ Domitian⁹. DD. tẽplũ gẽtis flauiæ, & erat dom⁹ ei⁹ Horti Sallustiãi, Senatulũ mulie℞ Thermę diocletiãę, thermę Cõstãtiniãę. balnea pauli, decẽ tabernę, ad gallinas albas. Area calidii cohortes. iii. vigilũ. vici. xii. ędiculę. xvi. vico magistri

xlviii. Cur. ii. Den. ii. Insulæ. iii. mil. D V. Dom⁹. Cxl. Horrea. xviii balneę puatę. lxxv. lac⁹. lxxvi. regio ī ābitu cōtinet pedes. xv. mil. D C.

REGIO. VII. VIA LATA.

¶ Auspicabat⁹ olim hæc regio iuxta collē hortulorum/ & formā aquę virginis/& p sinistrū Quirinalis cliuū ꝑtendebat⁹ vsq; ad Traiani foꝝ/ a dextris vero cū Circo flaminio/ & ipa via lata termīabat⁹ vn̄ nomē habet. In qua fuit lac⁹ Ganymedis, Cohortes. vii. vigilū aliter primorū vigilū. Arc⁹ nou⁹. Nymphæū Iouis. Ædicula capraria. Cāpus Agrippæ. Castra gentiana/aliter gipsiana. Portic⁹ Cōstantini. Tēplū nouum spei: Tēplū nouū fortunæ: Tēplū nouū Quirini. Sacellū genii Sangi: Equi Tiridatis: foꝝ Suariū. forū Archimoniū. Horti Argiani. Pila tiburtina ad māsuetos. lapis pertusus. Vici. x. Vicomagistri. xl. Cur. ii. Den. ii. Insulæ. iii. mil. ccclxxxv. dom⁹. Cxx. Horrea. xxv. pistrina xvi. balineę pri. lxxv. lac⁹. lxxvi regio ī ābitu cōtinet p. xii. mil. Dcc.

REGIO. VIII. FORVM ROMANVM.

¶ Hæc regio cōtinebat olim eā oēm planitiē, q̄ iacet inter palatium & Capitoliū vsq; ad tiberī cū ꝑximo Capitolino mōte, vbi foꝝ ipm ro. Rostra populi ro. ædis Victoriæ cum alia ædicula victoriæ virginis a portio Catone dedicata. tēplum Iulii cæs. in foro. Victoriæ aureę. Statua in tēplo Iouis Opt. max. ficus ruminalis lupercal virginis. Colūna cū statua. M. ludii. Grecostasis/ædis Opis, & Saturni in vico iugario. miliariū aureū. Senatulū aureū. Pila Horatia, vbi trophœa locata dn̄r/. Curia. Tēplum Castorū ad lacū Iuturnæ. Tēplum Cōcordiæ. Equus æneus Domitiani. Atriū Mineruæ. ludus aimili⁹. portic⁹ Iulia. Arc⁹ fabian⁹. puteal libonis. Iani duo. Celebris mercatoꝝ loc⁹. Regia Numæ. Tēplū Vestæ. Tēpl umdeoꝝ penatiū templum Romuli, forum Cæsaris. Stationes municipioꝝ. foꝝ Augusti/ cū æde Martis vltoris, forū Traiani cū tēplo, & equo æneo/ & colūna chochlide, q̄ est alta pedes. Cxxvi. habetq; intus gradus. Clxxxv. fenestellas. xlv. Cohortes sex vigilum ædicula Cōcordiæ supra græcostasin. Lacus curtius. basilica argentaria. Vmbilicus vrbis Ro. Templum Titi, & Vespasiani: basilica Pauli cum phrygiis columnis. ficus ruminalis in Comitio: vbi & lupercal: ædis Veiouis inter arcem / & Capitoliū prope Asylum. vicus ligurum. Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo. xxx. cubitum. Delubrum Mineruæ. ædicula Iuuentæ. porta Carmentalis versus Circum flaminiū. Templū Carmentę. Capitolium, vbi omniū deorum simulachra celebrabātur: Curia calabra, vbi minor pontifex.

dies pronũcibat. Templum Iouis opt. max. ædis Iouis tonantis ab au/gusto dedicata inclivo capitolino. Signũ Iouis Imperatoris e prænefte auectum. Afylum. Templũ vetus Mineruæ. Horrea germanica Hor/rea agrippina. Aqua cernens quatuor fcauros. forũ boarium. Sacellum pudicitiæ patritiæ, ædes Herculis victoris duæ. Altera ad portam tri/geminã. Altera in foro boario rotunda, & parua. forũ pifcarium: ædis Matutæ: vicus iugarius: idem & Turarius, vbi funt aræ opis: & Cere/ris cum figno Vertũni. Carcer iminens foro a Tullo Hoftilio ædifica tus media vrbe. Porticus margaritaria Ludi litterarii. Vicus vnguen/tarius. ædis Vertũni in vico tufco Elephãtus herbarius. Vici. xii. ædi/culę totidẽ. Vicomagiftri. xlviii. Curatores. ii. Denũciatores ii. Infu/læ. iii. Mil. Dccc. lxxx. Domus. Cl. Balneię priuatæ. Lxv. Horrea xv. Lacus. Cxx. piftrina. xx. Regio in ambitu cõtinet pedes. xii. Mil. Dccc. lxvii.

REGIO. IX. CIRCVS FLAMMINIVS.

¶ Includebat olim hæc regio: totum campum, qui iacet inter mõtes & tiberim: vbi nunc Roma eft, exclufa tñ regione viæ latæ fub Qui/rinali monte. Erat aũt circus flãminus regio omniũ maxima extra pō/mœriũ: vbi in primis Stabula quatuor factionũ. Ædis antiquã Apol linis cũ lauacro: ædis Herculi magno cuftodi Circi flam. Portic⁹ phi/lippi ædis Vulcani in Circo flam. Minutia vetus minutia frumẽtaria. Porticus Corinthia Cn. Octauii, q̃ prima duplex fuit. Crypta balbi: Theatrũ balbi capit loca. xxx. mil. lxxxxv. Claudi⁹ Cæs dedicauit: & appellauit a vicinitate. Iuppiter põpeianus. Theatrũ Marcelli capit lo ca. xxx. milia. vbi erat aliud templũ Iani. Delubrũ Cn. Domitii. Car cer Claudii xuiri. Templũ bruti Callaici Villa publica, vbi primum populi cenfus eft actus in cãpo martio. Campus Martis, ædis Iuturnæ ad aquã virgineam, Septa trigaria. Equiria. Horti luculliani; fons Sci/pionum. Sepulchrũ Auguftorũ. Ciconiæ nixæ. Pantheon. Theatrum põpei. bafilica. M. Acilii. bafilica Marciani: Tẽplum diui Ant. cum choclide colũna: q̃ eft alta pedes. Clxxv. habet int⁹ gradus. Cii. & fene/ftellas. Lxi. Thermæ Hadriani Thermæ Neronianæ q̃ poftea Alexã drinæ. Thermæ Agrippæ. Templũ boni Euentus: ædis bellonæ ver/fus portam carmentalem, ante quã ædem erat Colũna belli inferendi. Porticus Argonautarũ. Meleagricũ. Ifium. Serapiũ. Mineruiũ. Mi nerua Chalcidica. Infula phelidii fiue phelidis. Vici. xxx. ædiculę toti/dem. Vicomagiftri. CCxx. Curatores. ii. Denũciatores totidẽ. Infulę

iii. Mil.Dcc.Lxxxviii . Domus. Cxl.Balineę priuatę lxiii. Horrea xxii. piſtrina.xx. Regio habet in ambitu pedes.xxx. Mil. D.

REGIO.X.PALATIVM.

¶ Hæc regio cōtinebat olim totum palatinū montē, vbi vicus padi. Vicus curtarum. Vicus fortunæ reſpicientis, vicus Salutaris . Vicus Apollinis, vicus viſuſq; diei Roma quadrata: ædes Iouis ſtatoris: Ca/ ſa Romuli. prata bacchi : vbi fuerunt ædes Vitruuii fundani . Ara fe/ bris templū fidei: ædis matris deum. huic fuit conterminū delubrum ſoſpitę Iunonis. Dom⁹ Ceioniorū. Suelia. Iouis Cænatio ædis Apol/ linis, vbi lychni pendebant inſtar arboris mala ferentis. ædes deę Viri/ placę: bibliothecę. ædis Rhānuſiæ: pentapylon Iouis arbitratoris. Do mus auguſtana. dom⁹ tiberiana. Sedes Impii ro. Auguratoriū ad Mā/ męam hoc eſt dietę māmeę. Ara palatina. ædis Iouis victoris. Domus Dionyſi. Domus. Q. Catuli. Domus Ciceronis. ædes Diiouis Ve/ lia. Curia vetus fortuna reſpiciens. Septizonium Seueri. Victoria Ger maniciana. Lupercal. Vici. vi. ædiculæ. vi. Vicomagiſtri. xxiiii. Cur. ii. Den ii. Inſulę. ii. Mil Dcxliiii . Domus . Lxxxviii . Lacus. lxxx. Horrea. xlviii. piſtrina. xx. balneę priuatæ. xxxvi. Regio habet in am/ bitu pades. ii. Mil. DC.

REGIO.XI.CIRCVS MAXIMVS.

¶ Regio hæc cōtinebat olim totū ſpatiū ipſius circi max.& quicquid campi iacet inter auentinū & tyberim iuxta naualia/& Salinas. & iuxta Capitoliū/& tiberim. forū olitoriū: cū tēplo pietatis & colūna lactaria. Circus autē ipſe max. capit loca. ccc. lxxx. Mil. vbi portę. xii. Tēplū Mercurii, ædis Ditis patris. ædis Cereris . opus fabii gurgitis / ædes portūni ad pōtē ęmiliū olim ſublciū porta trigemina. Salinę. Apollo cęliſpex, ædes portūni. Hercules oliuari⁹. Ara maxīa. Tēplū Caſtoris. ædis pompei . Obeliſci duo . iacet alter/ alter erectus . ædis Murcię. Ara Conſi ſubterranea. forum olitorium: in eo colūna lactaria ad quā infantes lacte alēdos deferūt: ędes pietatis in foro olitorio/ ædis Inonis maturę / velabrū mai⁹. Vici. viii. ædiculę totidē. vicomagr̄i. xxxii. Cur. ii. Den. ii. Inſulę mil. DC. Domus. lxxxix. balneę p̄uatę. xv. Horrea. xvi. lac⁹. lx. piſtrina. xii. Regio in ambitu cōtinet pedes. xi. mil. D.

REGIO.XII.PISCINA PVBLICA.

¶ Hęc regio admodū parua/continet totū eū ambitū qui adiacet auē/ tino poſt circū max. iuxta. S. Sixtū, vbi ſunt thermę Antonianę. Vicus Veneris almę, vicus piſcinę pu. Vicus Dianę: vicus ceios, vicus triarię

vicus aquæ salientis. vicus laci tecti. vicus fortunę mámosæ. vicus Collopeti pastoris. vicus portæ radusculanæ vicus portæ neuiæ. vicus Victoris. Horti Asiniani. area radicaria. Caput viæ nouę. fortuna mámosa. Isis Athenodoria. ædis bonę deę Sublaxanæ. Signũ Delphini. thermæ Antoninianæ. Septé dom⁹ parthorũ. cápus lánari⁹ Dom⁹ chilonis. Cohortes tres vigilum. Domus Cornificii. priuata hadriani. Vici. xi. ędiculę. xii. Vico magistri. xlviii. Cur. ii. den. ii. Insulæ. ii. ccccl xxxvi. Domus Ciiii. balineę priuatæ. xliiii. lacus. lxxx. Horrea. xxvi. pistrina xx. Regio habet in ambitu pedes. xii. Mil.

REGIO. XIII. AVENTINVS.

❡ Regio hæc occupabat totũ Auentinũ monté / vnde nomé accepit. pter Thermas antoninianas. In qua erat vic⁹ fidii, vic⁹ frumétari⁹: vic⁹ triũ viarũ. vicus Cesseti. vicus valeri. vic⁹ laci militarii. vicus fortunati vicus capitis canteri. vicus triũ aliiũ, vicus nouus, vicus loreti minoris vicus armilustri, ædis Consi, vicus colũnæ lignęę. Minerua in auẽtino vicus materiari⁹, vic⁹ mũdiciei, vicus loreti maioris, vbi erat vortũn⁹, vicus fortunę dubiæ. Armilustrũ. téplũ lunę in Auẽtino. téplũ cóe dianæ, Thermæ varianæ. téplũ libertatis, Doliolũ, ædis bonę deę in auẽtino Mappa aurea, Priuata Traiani. Remuria, Attiũ libertatis in auẽtino. Platanon, Horrea Aniceti. Scalę gemoniæ, porticus fabaria. Shola Cassii. templum Iunonis reginæ a Camillo dedicatum / veiis captis, forum pistorium. Vici. xvii. ædiculæ totidé, vicomagistri, lxxiiii. Cur ii. den. ii. Insulæ. ii. mil. ccccl xxxviii. Dom⁹. Ciii. balneæ priuatę lxiiii. lacus. lxxiiii. Horrea. xxvi. Pistrina. xx. Regio in ambitu habet pedes. xvi. Mil. cc.

REGIo. XIIII. TRANSTIBERINA.

❡ Hæc regio sola alueo tibris ab vrbe dirépta, continebat olim insulã tiberinã, & quicqd agri iacet sub vaticano & ianiculo iuxta tiberim. In qua vicus Censori, vicus Gemini, vicus Rostrati, vicus lógi Aquilæ vicus statuæ Siccianæ, vicus. Quadrati, vicus Raciliani maioris, vic⁹ Ianuclensis, vicus brutianus vicus larũ ruraliũ, vicus statuæ valerianæ vicus salutaris, vicus pauli vicus sex. luccei, vicus Sinii publici, vicus patratilli, vicus Restituti. vicus Saufei. vicus Sergi, vicus ploti, vicus viberini, Gaianiũ. Insula ædis iouis & æsculapii & ædis fauni Naumachiæ Cornisce. Vaticanus, hortus Domitii, Ianiculum, Mãmeę Sal cellum, balineũ Ampelidis, balineũ priscillianæ. Statua Valeriana Statua Sicciana. Sepulchrũ Numæ. Cohortes. vii. vigilũ, Caput Gorgo/

nis,Templum fortis fortunæ,Area Septiniana,Ianus Septimianus, Hercules cubans,Campus bruttanus. Cãpus Codetanus. Horti Gethæ,Castra lecticanorũ.Coriaria. Vici.xxii.ædiculæ totidẽ,vicomagistri.lxxxviii. Cur.ii.Den.ii.Insulæ.iiii.mil.ccccv.Domus Cl.ba lineç priuatç.lxxxvi.lacus.Clxxx.Horrea.xxii.pistrina.xxii.Regio in ambitu habet pedes.xxxvi.mil ccccIxxxviii.

❡ Senatula vrbis.iiii.vnũ inter Capitoliũ,& forũ vbi magistratus cum senioribus deliberabant.Alterum ad portam capenam, Tertiũ citra ædem bellonæ in Circo fl.vbi dabatur Senatus legatis,quos in vrbem admittere nolebant.Quartum matroniarum in monte Quirinali,qđ Ant.bassiani filius fecit.Bibliothecæ.xxviii.publicæ,ex his prçcipuæ duç,palatina,& vlpia.Obelisci magni.vi.duo in circo maior est pedum.Cxxx.minor pedum.lxxxviii.vnus in vaticano pedũ lxxii.vnus in campo martio totidem,Duo ĩ mausoleo augusti pares p.xlii..& semis.Obelisci parui.xlii.in plerisq; sunt notæ ægyptiorum Pontes.viii.Miluius,Elius vatticanus.Ianuclẽsis.Fabritius.Cestius palatinus.Sublicius.Campi.viii. Viminalis.Exquilinus.Agrippæ. Martius.Codetanus.bruttanus.pecuarius.vnus extra numerum vaticanus.fora.xvii.Romañ.Cçſ.dict. Augusti.boariũ.transitoriũ.Olitorium.pistoriũ.Traiani.Oenobarbi,Suarium.Archimoniũ.Diocletiani.gallorum.Rusticorum.Cupedinis.piscarium.Sallustii.Basilicæ.xi.vlpia.pauli.vestini.Neptunii.Macidii.Martiani vascellaria floccelli.Siccinii.Cõstãtiniana portia.Thermæ.Traiani.Titi Agrippæ.Syriacæ Cõmodianæ.Seuerianæ Antonianç.Alexandrinæ quæ Neronianæ.Diocletianæ. Constantinianæ.Septimianæ. Iani p oẽs regiones incrustati,& adornati signis,duo præcipui,ad arcum fabianum superior,inferiorq;.Aquæ.xx.Appia.Martia.virgo.Claudia. Herculanea.Tepula.Damnata.Traiana.Annia.Alsia.siue alsientena quæ augusta.Cerulea.Iulia.Algentiana.Ciminia,Sabbatina,Aurelia,Septimiana,Seueriana,Antoniana.Alexandrina.Vi .xxxix.Appia,latina,labicana,campana,prænestina,tyburtina, collatina,nomentana,quæ figulensis.Salaria,flamminia,æmilia,claudia,valeria, ostiensis,laurentina,ardeatina,setina.Quiutia,gallicana,triumphalis patinaria,Ciminia,Cornelia,Tyberina,Aurelia,Cassia,portuensis Gallica,Laticulensis,Capitolia duo,vetus,& nouum,Amphitheatra duo,Colossi duo.Columnæ coclides duæ.Macella duo.Theatra tria.Ludi.v. Naumachiæ.v. Nymphæa.xi. Equi ænei inaurati

xxiiii. Equi Eburnei. xciiii. Tabulæ, Signa sine numero. Arcus mar morei. xxxvi. Lupanaria. xlv. Latrinæ publicæ. cxliiii. Cohortes prę toriæ. x. Cohortes vrbanæ. iiii. Cohortes vigilum. vi. Excubitoria. xiiii. Castra. vii. Castra Equitum singulorum. ii. Mensæ Oleariæ xxiiii. M.

ANDREÆ FVLVII ANTIQVARII RO. DE ANTIQVITATIBVS VRBIS. AD CLEMENTEM. VII. PONT. MAX. LIB. II.

Septimontiũ

Montiũ noĩa

MOntes vrbis, in quibus Roma prius condita fuit, septem memorantur, vnde Septimontium dicta, vt tradit Antistius labeo, & hisce monti bus feriæ. Quæ sacra. M. Varro ĩ libris de lin gua latina ꝓsecutus est. Virgil. itẽ lib. ii. Geor. ¶ Scilicet & rerũ facta est pulcherrima roma. Septemq; vna sibi muro circundedit arces. Quorum nomina hæc sunt. Tarpeius. Palatium. Auentinus. Cælius Exquiliæ. Viminalis, & Quirinalis. Omnes vno ambitu constituti, ac prope sibi cõtigui, quasi septem rupes circum Tiberim sibi perpe tuæ cauis paruis distinctæ, quibus dirimũtur. vbi prius boum pascua erant vt tradit Ouidius, cum inquit. Hic vbi nunc Roma est, tunc ardua silua virebat. Tantaq; res paucis pascua bubus erat.

DE CAPITOLINO MONTE. ET EIVS PRISCIS ORNAMENTIS.

Tarpeiꝰ mõs deorũ domicilium.

¶ Primus omnium mons Tarpeius diuinæ rei deputatus, Quem Cicero deorum domicilium appellat, vbi omnium deorum Si/ mulacra celebrabantur. Nam aras. Sacella, delubra, ædes, & templa habuit. lx. Celeberrimus præterea fuit triumphorum gloria, qui ex toto terrarum orbe, eo ferebantur. Nũc autem deformis, & omnibus priscis ornamentis nudatus visitur. Is in principio mons Saturnius dictus est, vel ꝙ vbi Saturnꝰ habitauerit, vel ꝙ sub illo Saturnia vrbs fuerit. Et Saturnia illic porta cuius vestigium ad multas ætates remã sit. Plinius libro. iii. Saturnia inquit vbi nunc Roma est: Antipolis vbi Ianiculum in parte Romæ. Postea totus mons vna appellatione dictus est Tarpeius a Tarpeia virgine vestali, quæ arcem capitolinam

Saturnus mõs

Saturnia urbs

Antipolis

Tarpeia uirgo

Sabinus prodidit. Nam Romulus contra Sabinos bellum gerés cui dam Sp. Tarpeio arcem tuendam dedit, cuius filia Tarpeia aquatum profecta in hostem incidit inuitata igitur ab eo ad proditionem, pro pręmio poposcit brachiorum ornaméta, illi vero fraudis diuerticulo inuěto, Scuta in eam coniecere. vnde necata, & illic sepulta, monti nomen reliquit. Ouidius in fastis. Vtq; leuis custos armillis capta sabinis, Ad summę tacitos duxerit arcis iter, Vnde, velut nunc est, p quē descenditis, inquit Arduus in valles, & fora cliuus erat, fora tunc ro. & boariium vbi vicus iugarius, qui in arcem ducebat. De Tarpeia satis multa Oui. & Propertius. Tarpeiæ vero effigies erat in templo Iouis, quę Sabinis semper patebat, ex pacto, quod inter Tatium, & Romulum constitutum erat. Mons vero Tarpeius diuisus erat in arcē, & Capitolium. licet confuso nomine totus mons dicitur Capitoliū. Eundemq; præterea montem vbiq; arcem videmus appellari. Legimus enim nullo alio tempore Romanos Capitolio, & arce, pro munimine vsos, nisi in obsidione Gallorum, relictis cęteris vrbis partibus, magno telorum pręsidio locum muniuisse, Quę bello sabino facile a Tarpeia prodita dicitur. fuit autem ea arx loco ędito, e regione palatii supra forum iugo collis, qui Saturnius primo, mox tarpeius. nouissime a capite humano ibi inuento capitolinus est dictus, visunē adhuc ruinæ ex atro liberaliq; lapide, via qua nunc itur e capitolio ad s. Mariam de consolatione. Imminebat autem ea arx templo Cōcordiæ, quod erat inter Capitolium, & forum, vt scribit. M. Varro, cuius adhuc extat porticus octo colūnarum, vno ordine, opere dorico, templi vero ornamenta, ante hos annos in calcis vsum abiere. exquo loco centum gradibus ascendebatur in proximā arcem liuius in æde Concordię inquit, Victoria quę in culmine erat, fulmine icta, decussaq;, ad victorias, quæ in arce fixæ erant, hęsit, neq; inde procidit. In qua arce fuit tēplum monetæ a Camillo votum. Ouidi⁹. lib. i. fastoꝝ

Candida te niueo posuit lux proxima templo
Qua fert sublimes alta moneta gradus, & rursum
Arce quoq; in summa Iunonis templa Monetę
Ex voto memorant facta Camille tuo, Ante domum Manli fuerat q gallica quondam, A capitolino reppulit arma ioue. Dictator Gamillus inquit liuius ędem Iunoni monetę vouit, cuius damnatus voti cū victor Romā reuertisset, dictatura se abdicauit, Senatus duos viros ad eam ædem pro amplitudine reip. faciendam creari iussit. locus in

Vicus iugarius

Mons tarpeiꝰ biceps.

Ars Capitolina ubi.

Tēplū ɔcordie

Victoriæ arcis

Tēplū monete

Saxū tarpeiū.

arce destinatus, quæ area ædium. M. Manlii fuerat ad saxum tarpeiū. Manlius enim ex suspitione regni affectati, e rupe Tarpeia quod tarpeium appellatur saxum præcipitatus est. huius supplicio æternæ memoriæ inserta est nota. Vnde lege sancitū est, nequis patricius in arce. aut Capitolio habitaret. Romani enim eruta eius domo. ædē monetæ ibi ædificauerunt. Moneta vero a monendo dicta. Vnde Cicero libro primo de diuinatione. Post cladem inquit illam maximam a senonibus gallis factam. audita vox ex arce, Iunonis fuit, ex quo illa appellata moneta est. Val. Max. M. Manlius inquit vnde gallos repulerat, inde præcipitatus est, & qui ꝓ libertate antea se gesserat imitatus gallos factus est vnus ex gallis. Capta est aūt vrbs a gallis. Mclxiiii. ab. V C. Obsessi enim in Capitolio Romani occupataq; vrbe. Cū ex mulierum capillis tormenta fecissent ædem Veneri Caluæ in honorem matronarum constituerunt. Eadem sors accidit carthagini cū Scipio eam deleuit. Galli autem Senones, duce Brenno vrbem cęperunt, & incenderunt præter Capitolium, Qui cū arcem ascendissent. Manlius custos, ex arce detrusit, clangore anserum excitatus, Nā nullum animal ita odorem hominis sentit, vt scribit Plynius. Vnde Lucretius. Romulidarum arcis seruator candidus anser. Arx ab arcēdo ꝙ is locus munitissimus vrbis: a quo facillime possit hostis prohiberi vt scribit. M. Varro. fuit præterea iuxta arcem domus. T. Tatii sabini, qui cum Romulo regnauit: incoluit autem Tatius eam vrbis partem, vbi Monetæ est templum, Romulus vero, qua ex palatio in circum max. itur, iuxta quem sunt quos pulchri littoris gradus vocitāt, ex Plutarcho. Virg. æn. viii. In summo custos tarpeię Manlius arcis Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat. Celeberrimum autem fuit in arce capitolina Iouis opt. max. templum, in quo fuit victoriæ aurea statua, Tēplum positum erat in crepidine saxi tarpei, forma quadrata, cuius singula latera pedes. cc. continebant triplicem habens ordinem colūnarum: & Sacella tria: paruo distincta spatio: Iouis: Iunonis: & Mineruę. Sed ambiguum est verum Tarquinius priscus: an superbus fundamenta iecerit: quod e manubiis inchoauit: capto latinorum oppido Apiolis: vt refert Antias. Liuius vero Tarquinios reges ambos: patrem vouisse inquit: filium perfecisse: & vt libera a cæteris religionibus arx ea tota Iouis: templumq; eius ædificaretur: exaugurare fana: sacellaq; statuit. Quæ aliquot ibi a Tatio consecrata. Satis constat in fundamentis eius templi caput humanum inuentum: fluēte

Moneta unde

Vrbs a gallis capta.

ædes ueneris caluæ

Brēnus gallorum dux.

Māli9 arcis custos clangore anserisexcitat9

Domus. T. Tatii.

Domus Romuli.

Tēplū Iouis opt. max. Aurea uictorię statua.

Sacella tria Iouis: Iunonis & Mineruæ.

ſanguine, tuſcis lr̃is annotatũ. Dum Iouis templi princeps Tarqui/ nius fundamenta iaceret, vates ex ethruria conſultus, reſpondit eũ lo/ cum fore Italiæ caput, Quod templum cũ exaugurarêtur, et in loco multorum deorum ſacella eſſent, conſuluit eos per auguria. vtrũ Io/ ui cederent, Cedentibus cunctis, ſolus terminus manſit, qui erat lapis informis, ac rudis, cum foramine tecti ſuperius, vt liberũ ei eſſet cœ/ lum, vnde hoc valde placuit omnibus. Et augures prędixerunt ma/ gnitudinem vrbis, et æternitatem Imperii portendere. Virgilius Ca pitolii immobile ſaxum, terminum dixit. Sed templnm ipſum pulſis regibus Horatius puluillus iterum cos. magnifice dedicauit. Vouer/ rat Tarquinius priſcus rex bello ſabino, ieceratq; fundamenta, ſpe magis futuræ magnitudinis, q̃, ꝙ populo Ro. competeret, mox Ser uius Tullius ſociorũ ſtudio, deinde Tarquinius ſuperbus capta Sueſ ſa pometia, hoſtium ſpoliis extruxere ſed gloria operis libertati ſerua ta, pulſis regibus Horatius puluillus iterum conſul dedicauit. curam victor Sylla ſuſcepit, Hoc ſolum felicitati eius negatum. Cor. Taci tus de ornamentis Capitolii ita ſcribit. Erant antiquitus porticus in latere cliui dexterę ſubeuntibus, erant et diuerſi Capitolii aditus iuxta lucum Aſyli, et qua tarpeia rupes centum gradibus aditur, vbi ædifi/ cia Capitolium adequantibus ſedem Iouis opt. max. auſpicato a ma/ ioribus pignus imperii conditam, quam non Porſena dedita vrbe, neq; Galli capta temerare potuiſſent: furore principum excindi. Co/ lebantur pręterea Terminus, et Iuuenta, eo ꝙ Imperium Ro. nul/ los haberet terminos: nec ſenectã ſentiret fuerunt etiam Termini, et fi dei templa iuxta. Iouis opt. max. in capitolio primum a Numa con/ ſtructa, cui feſtis terminalib' Vi. ab vrbe lapide ĩ agris et ſub dio ſa crificabatur libo, ac mola ſalſa, fidei pignus ac pacis, nam qui termi nũ exaraſſet, ipſe, et boues deo ſacrif. erẽt, fuit etiã in eo mõte Simula chrũ fidei: iuxtra ædẽ Iouis opt. max. vt eſt in Catonis orõne, et ma/ iores nr̃i eſſe voluerũt. Numa Pomp. authore liuio Sacrariũ, et Sacer dotes fidei ĩſtituit: fidei aũt ſacrificabaẽ albo pãno ĩuoluta manu. Ho rati', Et albo rara fides colitur velata pãno. fuit et templũ fidei. Iouis ſpõſoris, quod Sp. poſthum' cõſul alter nonis iuniis ĩ capitolio dedi cauit extructũ ipſum ab vltimo rege, fuit et ædes fidei publicę: vt ſcri bit Val. max. fuit etiam tẽplũ fidei in palatio: vt tradit Agathocles. Coluerunt pręterea Romani Iouẽ ſub diuerſis noĩbus, vt opt. max. Tonãtem, feretriũ, Cuſtodem, victorẽ, et piſtorium, cuius ara fuit in

Templa Iouis.

Terminus. Quid

Templi Iouis dedicatio.

Diuerſi Capitolii aditus.

Terminus & Iuuenta.

Terminalia feſta.

Simulacrum fidei.

Fidei Sacrariũ & ſacerdotes.

Templũ fidei

Diuerſa Iouis numina.

Ara Iouis piſtorii.

arce & eius munere panes iu obsidione Capitolii in castra gallorum custodes arcis deiecere. Vnde Ouidius in fastis. Nomine q̃ pretio ce lebratior arce tonãtis Discant pistoris quid velit ara iouis fuit in tẽ/ plum Iouis Tonantis: cuius Simulacrum erat sedens: fulmen dextra tenens ab augusto excitatum in cliuo capitolino. Suetonius. Ioui in/ quit tonanti ædem consecrauit liberatus periculo: cum expeditione cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, ser uũq; ducentem exanimasset: fuit et in eodem monte Simulacrũ Io/ uis imperatoris ę pręneste auectũ a. L. Quintio Cicinnato: bello La tino: fuit & simulacrum aliud Iouis: cum quadrigis: dequo Liui⁹ ædi les inquit Curules dãnatis aliquot feneratoribus: limina & trium mẽ sarum vasa argentea in cella Iouis, iouemq; in culmine: cum quadri gis dedicarunt. Et ad ficum ruminalem Simulachra in fantium con/ ditorum vrbis sub vberibus lupæ posuerunt, Senuitãq; e lapide qua/ drato: a Capena porta ad arcem strauere. fuit præterea in Capitolio templum Iouis Custodis a Domitiano Imp. cõditum, de quo plu/ tarchus: mox imperium adeptus Ioui Custodi templum ingẽs: seq; in sinu dei sacrauit. Suetonius plurima inquit, & amplissima opera in cendio absumpta restituit, in Queis. & Capitolium: quod rursus ar/ serat: sed omnia sub titulo tantum suo: ac nulla pristini authoris me/ moria. Nouam enim excitauit ædem Ioui custodi: et forum: quod Neruæ vocatur. Quidam tradunt id fuisse olim: vbi nunc sunt Sali/ nę capitolinæ: et palatium Senatoris Causarum forum: & noxiorum custodia: quod solum hodie ex tot olim Capitolii ædificiis: & illud non integrum cernitur: sed eam molem multo ante extructam vetusta inscriptio: iam salis humore prope absumpta testatur huiusmodi.

Q. LVTATIVM ET Q. CATVLVM COSS. SVB STRVCTIONEM ET TABVLARIVM DE SVO COERAVISSE. P. vero victor scribit fuisse ibi templum Veio uis cũ inquit tẽplũ Veiouis inter arcẽ & Capitoliũ iuxta Asylũ Oui di⁹ aũt ante duos lucos: q erãt ĩ duob⁹ collib⁹ & erãt querni vt postea dicet. Quẽ locũ bonifati⁹ ei⁹ noĩs non⁹ ĩstaurauit vt ei⁹ adhuc insignia marmore incisa ostẽdũt dedit q; p̃tori vrbis quẽ senatorẽ nũc vocãt: incolẽdũ: vbi causarum forũ: & noxiorũ custodiam constituit. Fuit & in Capitolio ædis Mineruæ: in qua prętor quot annis Clauum parieti affigebat ad numerandos annos: cũ nondum esset lĩrarũ: vsus. & vocabatur clauus annalis: in quo etiam templo fuit tabella vbi erat

Tẽplũ Iouis tonantis.

Simulacrum iouis impe/ ratoris.

Simulacrum infantium cõ ditorũ urbis.

Templũ Io/ uis custodis.

Salinæ Capi/ tolinæ.

Templũ Ve/ iouis.

Clau⁹ Annal. ædicula Iu/ uentatis.

raptus Proserpinæ a Nicomacho pictore depicta supra ædiculam Iu/uentatis vt scribit Plynius. fuit & in eodem monte templum mentis Ouidius in fastis Mens quoq; numē habent, menti delubra fatentur Ad votum belli perfide pœne tui, nam votum fuit post cladē Thra/symeni, qđ Attilius dedicauit teste Liuio cū inquit. Interea duumui/ri creati sunt. Q. Fabius, & Attilius Crassus ædibus dedicādis: Mē/ti Attilius, Fabius veneri Erycinæ, vtraq; in capitolio canali vno di/screta. fuit & in eodē monte Nemesis Simulacrū, quę & Rhānusia di/cta volucri velocitate tā ad bonū, q̄ ad malū mentes excitans Autho/res Plynius, & Mocrobius. vbi ēt fortunæ bonę Simulacrū, sicut for/tunę malæ in exquiliis fuisse tradūt. In altero vero Tarpei montis iu/go, vbi nunc est Ara Cœli fuit olim templum Iouis feretrii, de quo Dionysius ita scribit instructo templo in vertice Capitolini collis Io/ui, quē feretriū Romani vocant, nec magno ipso, vbi enim seruabaᵗ vestigiū vetus, cū minora duū pedū latera habeat, maiora denū, Ceni/nēsium in eo regis sua manu interfecti spolia consecrauit, Qđ postea ab Anco martio ampliatum. Cęsar. Q. Pomponii monitu reficien/dum curauit. Liuius Spolia ducis inquit suspensa fabricato ad id apte feretrio gerens in Capitolium ascendit, Ibiq; cum ad quercum pasto/ribus sacrā deposuisset, templū designauit, haud longe ab ipsa quercu vbi suspendebanᵗ spolia hostibus detracta, quæ dicebanᵗ Trophæa, ex cuius ramis fiebāt fercula manibus gestanda in pompis triumpho/rum, ex quibus spolia hostium dependebant. Quorum simulacris ho/die Romani vtuntur ingestatione Saluatoris, de mense Augusti. Sue/tonius in triumpho Cęsaris pontico triumpho inter Pompę fercula, trium verbo℞ protulit titulū. VENI: VIDI: VICI: Ipsum ve/ro Iouis feretrii templum primum romæ cōd tum habetur. In cuius fundamētis extructa est, postea vt crediᵗ venerabilis Eccle ia. S. Ma/rię ara cęli. siue filii dei a Gregorio magno, vbi primum Monacho℞ collegium constituit Quo in loco nunc sunt fratres minores sub re/gula Seraphici Francisci cōf. quare dicta sit ara cęli Paulus Orosius declarat. Est enim locus in primo vrbis: & orbis monte cōditus: Tē/pluq; marmo℞ diuersitate cōspicuū habēs in ascēsu gradus. Cxxviii. ex marmoreis ornamentis Tēpli quondā Quirini, in monte Quiri/nali. fuit præterea inter arcē, & Capitoliū: vbi nunc est platea Conf. inter duos lucos quernos: sacrum Asylum cōseptum densis sentibus (qđ tēplū misericordiæ vocāt) Asylū primus apud grecos Theseus

ædicula iuuentatis.

Tēplū mētis.

Aedes ueneris erycinæ.

Nemesis simulacrum: quæ & Rhanusiadicta est.

Simulacrū fortunæ bonæ.

Tēplū Iouis feretrii Inuertice capitolini collis.

Quercus pastoribus sacra.

Torpæa qd? Fercula quid?

Triū uerbo℞ titulus.

Aedes aræ celi

Tēpli Quirini fundamēta.

Asylū intercu/os lucos.

apud latinos Romulus cõstituit: de quo Strabo: Vrbe deinde cõdita Mortales cõuenas cõgregauit in quẽdã locũ aperiẽs asylũ inter arcẽ: & Capitoliũ: Quo cõfugiẽtes tuti erãt. Ouid. in fastis. Romulus vt saxo lucũ circũdedit alto, Quilibet huc inqt confuge, tutus eris. Erat enim locus sacrosanctus, Ex finitimis locis turba oĩs sine discrimine: liber an seruus esset auida nouarũ rerũ ꝓfugit: Quo cõfugiẽtes finitimos ciuitate donatos designat: ab initio tradũt haud plures mille domos fuisse. Et cũ adipisci cõiugia nequiret: Neptũno: Equestre certamẽ vulgat: Veniẽtibus maxima ex pte Sabinis: edicit: vt cęlibes cuncti virgines: ꝓfectas rapiãt. Diony. lib. ii. hist. Romulus inquit Romanoꝝ vires augere volẽs: & finitimoꝝ adimere: causam honestã iuenit: & rẽ ipsam ĩ honorẽ dei referẽs: locũ enim vmbrosum: mediumq̧ Capitolii & arcis elegit: qd nunc vocaṫ lingua romana intermontiũ duoꝝ querceto. Erat tũc casus reiq̧ ipsius cognomẽ: cũ siluæ essent p vtraq̧ latera opacæ: qbus iũgebaṫ: sacrũ finẽs inuiolabile seruis: Tẽplũq̧ in eo erigẽs cui deoꝝ: aut genioꝝ incertũ est: Cõfugientibus ad illud Seruis sponsor factus est p speciẽ religionis: nihil eos ab inimicis detrimenti recepturos: ac si manere vellẽt: Ciuitatis etiam participes fiebant: vnde multi Sabinorum serui illuc fugientes nunq̃ ad suos dominos redire voluerunt: vnde grauius odii fomentum ortum inter romanos: & sabinos. fuitq̧ iuxta Asylum ædes Veionis. i. nocentis Iouis: cuius simulacrum sagittas tenebat ad nocendum. Ouidius in fast. Templa putant lucos ueiouis ante duos: fuit enim inter arcem & Capitolium iuxta Asilum vt supra dictum est. In principio Romulus habuit tria milia & octingentos Equites: qua multitudine vrbem inchoauit: paulatim montem muniuit: Cum Asylum aperiret: eo conuenere tria milia mortalium ita Tarpeius mons additus antiquæ vrbi. Asylum primus Cæsar Aug. cum id damnosum: & malefaciendi causam exhiberet: Deinde Tiberius Asyla: quæ vbiq̧ locorum erant: tanq̃ receptacula flagitiorum: & malorum irritamenta sustulit author Strabo. Extant hodie ex vetustis signis in Capitolio pro ædibus Conseruatorum: lupa ærea cum infantibus conditoribus vrbis Romulo: & Remo: sub vberibus lupæ: quæ prius erant in Comitio ad ficum ruminalem: vbi expositi fuerunt. Quis ea signa conflauerit Liuius docet cum inquit Aediles Curules damnatis aliquot fęneratoribus limina: & trium mensarum vasa argentea in cella Iouis: Iouẽq̧ in culmine cũ quadrigis dedicarũt, & ad ficũ ruminalẽ. Simu

Asylum locus sacrosanctus.

Equestre certamen.

Asylũ inter Capitoliũ & arcẽ. locus a Ro. Intermotiũ uocatus.

Tẽplum Asyli

Tẽplũ ueionis

Asylũ primus Cæs. Aug. sustulit.

Lupa ærea cũ infantibus cõditoribꝰ urbis

sacra infantiũ conditorum vrbis sub vberibus lupæ posuerũt vt supra dictũ est. Vnde in lateranũ prius, postea in Capitoliũ delata. Extat & in porticu ingẽs, æneũq; Caput Cõmodi (vt aiũt) Imp. vna manus & vnus pes. Item duo pari forma ingẽtia, marmoreaq; fluuiorum simulacra seminuda, Quę quantum ex rerum argumento deprehendi potest, Nili ac Tygris flu. numina sunt. Quorum Alterũ Sphynga ægypti peculiare animal, cui cubito ĩnitit, habet, Alterum vero tygridẽ Armenię truculentã ferã, nã nilus ęgypti. tygris vero armenię flu. est. Aelianus scribit Nili simulacrũ exprimi figura humana. Huiusmodi enim Simulacra, vel habẽt vrnas aquã fundẽtes, vt nar fluuius, vel lupã cũ infantibus, vt Tyberis. In quorum sinistris est Cornu Copiæ rerum affluentiã significãs. Quãuis oĩa flumina idẽtidẽ exprimerent, alia aliis insignibus vti cõpetebat. Intra limẽ stati a dextris surgit Simulacrũ ęreũ inauratũ, ac nudũ Herculis adhuc imbuberis, dextra clauã, sinistra vero aurea Hesperidũ mala tenens, quæ in prima sustulit inuenta, qđ signũ in ruinis aræ maximæ in foro boario, mea ętate repertũ est. Extãt ĩ ipso atrio caput & pedes marmorei Colossi, & quędã alia fragmẽta, quę erãt antea iuxta tẽplũ pacis ĩ via sacra. Visunt & marmorea signa parieti affixa, & imagines. L. veri Ant. de triũpho parthico, siue vt quidã putãt. M. Antonini Imp. de triũpho dacico sublata nuper ex æde S. Martinę iuxta Marforium. In superiore vero aula statim occurrit marmoreũ ingẽsq; Leonis. x. Simulacrũ, a romanis nuperrime ibi positũ, ob restitutũ vectigal, & alia quædã grate cõcessa. Et ĩ penetralib⁹ duo ænea simulacra iuuenili forma, alterum stãs serui habitu spectat. Alterum nudũ pueri sedẽtis, pastori haud absimilis curuato corpore e plãta suppurati pedis spinã acu euellẽti, veteris operę mirabilis structura Visuntur & aliæ nõnullæ ibi marmoreæ statuę haud magnæ verum mutilatæ suis loculis collocatę. Et in parietibus recens pictura, vbi septẽ regũ ro. triũphalia gesta, & triũphaliũ virorum eminẽtissimi triũphi. In reliqua vero Capitolii pte versus occasum, præter ruinas & rupiũ crepidines nihil ex priscis operibus nũc superest. Montis aũt ps quæ vergit ad libyn ĩ faucibus Capitolii supra hospitale nũc. S. Mariæ ĩ porticu habuit olim ædẽ Saturni, & opis ĩ vico iugario, vbi quondã seruabant publici thesauri ppli ro. vbi erat ærariũ quo e foro in Capitoliũ ascendebat. Extat adhuc ibi puũ, ac ruinosum Sacellũ sub rupe prupta titulo nũc. S. Saluatoris ĩ ærario. Macrobi⁹ ędẽ inqt Saturni ęrariũ eẽ Romãi voluerũt Quã Tull⁹ Hostili⁹ cũ tertio triũphasset

Quis ea fecerũ simulacra & quare.

Comodi æreũ caput.

Simulacra flu. Nili & Tigris

Diuersa fluminũ simulacra.

Simulacrum Herculis

L. veri triũpho de bello parthico.

Leonis. x. simulacrum.

Duo Simulacra ærea.

ædes Saturni & Opis. ærariũ ppli ro.

ædificauit. Eo q tempore: quo italiam incoluit: fertur in eius finibus nullum furtum cõmissum. Vocatur & S. Saluator in statera: quę trutina est. M. Varro de verbo Trutinæ sic ait Vestigiũ trutinæ & nunc manet in æde Saturni: qđ & nũc pp pensuram trutinam habet positã. Aerarium ab ære appellatum uolunt: qđ Valerius publicola Saturni ædẽ cõstituit. Quod postea victor Cæs. dict. militibus suis diripiẽdum dedit: vbi reseruati thesauri: a rege pyrrho: vsq; ad vltimos cõsulum triumphos erant: officinam vero monetæ satis constat fuisse in Capitolio: & in arce. liuius ita inquit Domus. M. Manlii: vbi nunc ædis: & officina monetæ. Memorant ante vrbem conditam: eo in loco: vbi fuit ærarium consecratam Saturno aram: constat eam fuisse ante Senatulum: vbi greco ritu capite operto res diuina fieri solebat: ibi remãsisse Acheos quosdam: & Epeos ædificasse saturniam oppidum & montẽ ipm appellasse Saturniũ. Solinus ędẽ inqt: quę saturni ęrariũ ferẽ: comites eius: cõdiderũt ĩ honorẽ Saturni: quẽ cultorẽ regionis illius cognouerũt extitisse: pars & Capitolini mõtis infima habitaculũ fuit Carmẽtę: & Carmẽtę fanũ ĩ ea pte quę maxime respicit Ianiculũ: a qua Carmẽtalis portæ nomẽ: vbi Saturniã fuisse scribit Ennius: eius vestigia & nũc manẽt tria: q Saturni fanũ infaucibus: q Saturnia portasquam nunc vocant pandanam: q post ædem Saturni parietes postici muri sunt scripti: quę haud longe fuit ab ęde Saturni ad radices Capitolii Carmentis vero ædem mulieres ædificauerunt quia vehiculis S. C. prohibitæ: & postea restitutę: condiderunt: Auctores Liuius: & Plutarchus. Fuerunt præterea in Capitolio fauissæ Capitolinæ: quas cellas: & cisternas appellat Gellius: quasi fossas in area capitolina: vbi reponi solebant signa: & alia quædam religiosa donariis consecrata. fauissas inquit pompeius locũ appellarum: in quo aqua inclusa: verum sunt qui tradant vt supradictũ est fauissas in Capitolio cellis: Cisternisq; similes: vbi reponi erant solita ea: quæ in templo vetustate facta erant inutilia: quæ etiam custodiebanẽ ab æditius capitolinis. duo aũt dicuntur Capitolia. vnum: Capitolium vetus in monte Quirinali: in quo fuit Sacellum Iouis: Iunonis: & Mineruæ: alterum de quo nunc agitur. Cuius ornamenta refert Amianus Marcellinus lib. xxii. Huius inquiens totius artis ornamenta qnibuscũq; ægyptiorum miraculis sunt anteponenda. Cassiodorus etiã Capitolia inquit celsa conscendere hoc est humana ĩgenia superata vidisse. Virgilius lib. viii. æn. ita scribit Hinc ad tarpeiam sedem: & capitolia ducit Aurea nunc: olim

Officina monetæ.

Habitaculu: & fanũ carmẽtæ.

Fauissæ Capitolinæ.

Capitolia duo

Capitolii ornamenta.

siluestribus horrida dumis. Ouid. in met. Frondibus ornabant quæ nūc Capitolia gēmis: post vrbē a gallis captā: Capitoliū quadrato lapide fuisse substructū scribit Liuius: cū inqt Eodē anno ne priuatis tm̄ operibus cresceret vrbs Capitolium quoq; saxo quadrato substructū est: Opus vel in hac magnificentia vrbis inspiciendum: atq; intra annum noua vrbs stetit. Ea saxa hodie idētidem e profunda tellure erui videmus ad calcem: aliosq; vsus diffracta conuerti. Erat olim mons ꝑditissimus: nunc vero oppletis ruderibus adiacentibus locis humilis ac depressus apparet. Capitolium vrbis ro. & religionis caput sæpius conflagrauit: nouissime vero fulmine ictum: cum omnibus ornamentis & Sibyllinis libris: ipsumq; : & preciosa quæq; incendio periere. Vnde Lucretius poeta ita scribit. Tum pater omnipotens stellanti nixus olympo, Ipse suas arces: atq; inclyta tēpla petiuit. Et capitolinis iniecit sedibus ignes. fuit præterea iuxta capitoliū domus Ouidii nasonis vt ipse deponto testatur. Hanc ego suspiciens: & ab hac capitolia cernens. Quæ nostro frustra iuncta fuere lari. Capitolium: vt olim templis: & sacris ædificiis ornatissimum: ita nunc magnis ruinis obrutum: deformatumq;: cōmiserationem quādam, fletumq; spectantibus mouet. Hactenus de Capitolio. de palatio iam dicendum est.

Capitolii incēdium.

Dom9 ouidii

DE MONTE PALATINO ET PRISCIS ORNAMENTIS.

¶ Post Tarpeium: statim sequitur Palatinus mons: quem. C. Calicula Imp. ponte super templum diui Augusti Capitolio coniunxit. vt scribit Suetonius. Palatium vnde dicatur: multæ causę sunt. Quartæ regionis inquit. M. Varro palatium: q; palantes venerunt: qui et palatini & Aborigines ex agro reatino qui appellatur palatium: vbi consederunt: vel a palanteo Arcadiæ vrbe. vel a palante proauo Euādri teste Virgilio cum inquit Arcades his oras genus a palante profectum: Qui regem Euandrum comites: qui signa secuti: Delegere locum. & posuere in montibus vrbem: Palantis proaui de nomine palāteum. siue a Palatia vxore latini: siue a pale pastorum dea Neuius vero palatium quasi balantium inquit a pecudum balatu: mutata /b/ in p/ q; ibi pascentes oues balare consueuerint ante vrbē conditam. Quē montem Tremellius Romuleum vocat cum inquit fuit eius statua ī pede montis romulei ante sacram viam intra templum Faustinę ad arcum fabianum. Is mons hodie appellatur a vulgo palatium maius: vnde per excellentiam magnorum virorum domicilia, vbiq; nec pa-

Templum diui Augusti.
Palatiū unde.

Mons Romuleus.

Montis ābitus.

æreū Tauri si/mulacrum.

latia vocatur. habetq; idem mons in ambitu mille passus, Quē Cor. Tacitus designare videt, cum inquit Eo q̄ pomerium Romulus po suerit, haud absurdum reor. Igitur a foro boario, vbi ęreū tauri simu lacrum aspicimus, quia id genus animaliū aratro subditur, sulcus desi gnādi oppidi cęptus, vt magnam Herculis aram amplecteretur. inde certis spatiis interiecti lapides p ima montis palatini ad arā Cōsi. mox ad curias veteres, tum ad Sacellum larum foruq; Ro. & Capitoliū, non a Romulo, sed a Tatio additum vrbi creditur. In palatino mon te fuit prima Imperii Ro. sedes, & primus locus habitatus. Palatium nemo dubitat quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum palā teū oppidum, quod aliquādiu Aborigines habuere, & propter incō/modum vicinæ paludis, quam interfluens tiberis fecerat Reate pro fecti postmodum reliquerunt. Nam cum montem primi tenuere Ar cades duce Euandro, qui relicta patria, suadēte matre Carmēta (quā ferunt primam in latium litteras attulisse) ad ea loca nauigans illic demum consedit, a quo primus ibi Hercules, postea Aeneas modi/cis ædibus hospitio exceptus dicitur. Nam Euander illic primus ædi ficare cępit exiguas ædes, vbi Roma itali filia cōdidit Valentiā. M. Cato de origine vrbium ita tradit, Saturnus primus incoluit Capito lium. Italus Auētinum. Roma palatium. Cælius tuscus Cęlium, & Viminalem. Romulus palatium, & Exquilias. Sunt qui tradant pa/latium prius tenuisse Aborigines palatinos, qui ex agro reatino ad pa scua ouibus quærenda profecti, argumento est vellia palatina Alterā pars a vellēda lana ante his monstratā hetruscam tonsuram appellata. Varro ita scribit Germalum, & vellias coniunxerunt in hac regione Sacriportus est, & in ea sic scriptum, Germalense quinticepsos apud ędem Romuli, & Velliense septicepsos in vellia apud ędem deorum penatium. Germalū a germanis Romulo, & Remo ad ficum rumi/nalem & hi inuenti, quo aqua hyberna eos tibris detulerat in alueolo expositos. Dionysius scribit genus Ro. ab Aboriginibus incipere. Tres igitur colles primum coluere ante Romulum, medium quidē Roma filia Itali, extremos vero Saturnus & Italus, processu deinde temporis Romulus captato augurio vrbem illic condidit quadrā/gulam, in qua tris, vt supra diximus, portas reliquit. Habuere hæc lo ca ante omnes, siculi, ante quos nulla ē memoria. Mons palatinus na tura ipsa humilis, & depressus, sed ędificiorum celsitudine sublimis, & amplus redditus est. Nam totus, quantus est antiquitatum vestigiis

Prima Impe/rii sedes.

Germalum. Velliæ. Sacriportus.

pollet, ac suis obrutus ruinis. solus omnium hodie inhabitatus, vbi quondam prima sedes Imperii ro. vbi primum reges, postea cōsules, deinde Imperatores, ppter memoriam Romuli, qui illic habitauit, montem incoluerūt (& quoniam in hunc sermonem incidimus) ope ræprecium erit ostendere, quibus singuli reges Ro. locis suas regias habuere. Casa Romuli fuit in palatio iuxta descensum ex palatio in circum max. in angulo montis versus forum boarium, & durauit per multas ætates. Cuius siquid vel tempestate, vel vetustate corruerit, id custodes loci reficiunt, nihil illi magnificentius addentes, sed omnia prioribus similia restituentes. T. Tatius in arce, vbi tēplum fuit Monetæ. Numa Pompilius prius habitauit in monte Quirinali, postea vero in foro iuxta templum Vestæ. vbi fuit eius regia, in qua (vt quidam tradūt) pro tempore habitauit. Tullus hostilius in Vellia, vbi fuit ædis deorum penatium, deinde in cęlio monte iuxta Curiam hostiliam, quam ipse condidit. Ancus Martius in summa via sacra vbi fuit ædis larum. Tarquinius priscus ad mugoniam portam supra summam viam nouam, iuxta forū ad Iouis Statoris ædem, Seruius Tullius in Exquiliis supra cliuum vrbicum. Tarquinius superbus in eodem monte supra cliuum publicum, & lucum fagutalē. fuit pręterea in palatio tēplum Iouis Statoris, Cuius simulacrum erat stans, Ouidius in fastis Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim Ante palatini cōdidit ora iugi: Quod Romulus tantum vouerat. i. locum templo effatus, Iterum a Coss. Posthumio. & Claudio uotum, Senatus fieri iussit, bis eodem voto damnata resp. in religionem venit, author Liuius. Iuxta quod fuit domus. M. Tullii Ciceronis vt ipse in plerisq; locis suorum operum testatur, memorāt hanc domum fuisse antea. L. Crassi in qua amęna: & gra a piscina qua se Crassus plurimū delectabat: ea domus venit Ciceroni vicies sestertio: quę pecunia. L. Syllam reum Ciceroni fecit cū eius causam esset defensurus. erat enim proxima templo Iouis Statoris vt dictum est. Plutarchus sic inquit Maiorem in modum excitatus in ędem proximam Iouis Statoris Senatum vocauit. Id tēplum Romulus vouit in bello Sabino: q palantes ac fugientes sistere fecisset milites: bellum vero illud gestū fuit inter Capitolium: & palatium: eo in loco: qui signa veneris Cluacinæ habet. nam cluere antiqui pugnare vocabant. Pugnatum est aūt vbi nunc sunt horti. S. Marię gratiarum. Sed res altius repetenda est Sabini enim duce Tatio: capta capitolina arce: priusq̄ bellū inferrent

Casa Romuli

Domus. T. Tatii.

Regia Tulli hostili.

Domus Anci martii.

Regia Tarquinii prisci.

Regia Seruii Tullii.

Regia Tarquinii Superbi.

Templum Iouis Statoris.

Domus Ciceronis.

Vēus cluacina

vt iusta essent arma, miserunt legatos, qui peterent puellas simul & raptores. Nam ad rapiendas Sabinas nõ defuit Consilium Numitoris aui. Habebãt tunc Sabini castra in colle Quirinali, qui erat extra pomęrium. Quattro enim mense ab vrbe condita perpetratum est audax facinus in raptu Sabinarum & latinarum. Numerum autem raptarũ ponit Plutarchus. Primi ex Sabinis bellum mouerunt in Romulũ Ceninenses, Antẽnates, & Crustumerini. Romulus auxilio implorato a tuscis, cum Cęlio rege Hetrurię, primum ex his triumphum rettulit. & ob id quartus vrbis collis a tuscis habitari ceptus, & Cęlius dictus. Subinde Sabini bellum ingẽs orsi coegerunt Romulum denuo a Lucumonibus socios milites expetere. Galerito lucumoni datũ negocium, magna tuscorum manu venit. Qui cum offendisset Capitolium captum a Sabinis, ipse proximum Capitolium, & Quirinalẽ pro Romulo muniuit, Verum cũ Romulus audax sub Capitolio Sabinos aggressus, vulneratus fugeret, Illumq; ad portam palatinam secuti Sabini roma potituri viderentur, Illico Galeritus e Quirinali delapsus, viamq; retro in capitolium pedem ferendi adimens vbi Ianus quadrifons, a tergo Sabinos aggressus (vnde fabulæ eiatulatæ aquæ) ĩ fugam vertit, animaduersa re Romulus redintegratis viribus & ipse afronte cedebat, adeo vt Metius in palude sese ĩ equo armatus iniceret, cędes ingẽns fiebat, Et ne vnus quidem remansisset, ni feminę occurrissent, quæ bellum diremerunt. Iuuenalis bellum dirimente Sabina. Liuius libro primo Hersiliam inquit Romuli coniugẽ precibus captarum fatigatam, virum rogasse, vt parentibus earum veniã daret, vt eos in Ciuitatem acciperet, ita rem coalescere concordia posse facile impetratũ. Depositis armis, verbena myrtoq; purgati quo in loco sunt signa veneris cluacinę. fœdere icto Romulus vrbis agrũ diuisit in partes tris, ęquis collibus, Sabinis Capitolium, & Quirinalis, Romulo sequentes Exquilinus, & palatinus In quo roma Galerito & luceribus tuscis Celius, & Celiolus obuenerunt. Auentinum Romulus neminem passus est habitare, nam sacrum fratri, illum esse voluit, vsq; ad Hilernã. in eo bello Romulus saucius saxo in capite, facto voto Sabinos cõfertissimo agmine adorti fundunt, fugãtq; vsq; ad regiam & vestæ templum, palantes agunt. fuit præterea in palatio ædis magnæ matris deum a Iunio bruto dedicata in cuius dedicatione ludi sunt celebrati, quos Megalesia appellant. Liuius Ipsamq; inquit deum matrem e græcia aduectam in palatium pertulere & in tem

Castra Sabinorum.

Porta palatina

eiatulatæ aquæ fabula.

Romuli redintegratio Sabinos in fugam uertit.

Fœdus inter Romanos & Sabinos.

Agri diuisio.

Hilerna.

Magnæ matris deum Aedes a bruto dedicata.

Megalesia ludi magni.

Matris Deum simulacrum.

plo victoriæ collocatã, quod tẽplũ varietate lapidum, atq; auro ornatũ cũ alia ædicula victoriæ virginis a Portio Catone extructa: iuxta quã fuit tẽplũ Sospitæ Iunonis. In eodẽ mõte Cæsar August⁹ Apollinis ædẽ excitauit. Suetonius Tẽplũ inquit Apollinis ea parte palatinæ domus excitauit. Quã fulmine ictã desiderari adeo Haruspices pronũciarũt. addita porticus cũ bibliotheca latina, græca q;, Quo loco iã senior sæpe etiã senatum hũit, Decuriasq; iudicum recognouit. Quod priuatis ipsius opibus admirãdũ erat ædificiũ. In quo tẽplo pẽdebant lychni instar arboris mala ferentis, vbi etiam probati poetæ sua scripta reponebant. Vnde horatius in arte poetica. Scripta Palatinus quæcũq; reponit Apollo: de cuius loci ornamẽtis Ouidius lib. iii. de tristibus. Inde tenore pari gradibus sublimia celsis. Ducor ad intonsi candida templa dei, Signa peregrinis, vbi sunt alterna colũnis Belides, et stricto stat ferus ense pater. Erant enim ibi belidum Simulacra, et p̃tides in vaccas versæ: quas propertius Myronis armẽta fabulatur: Erat etiam in media area palatina constituta laurus quæ capitolinam respiciebat quercum Ouid. lib. i. met. postibus augustis eadem fidissima custos Ante fores stabis mediãq; tuebere quercum: quæ erat in Capitolio pastoribus sacra. Nec tanti principis natalem silẽtio prêteribo: Natus est enim Cæs. Aug. M. Tullio Cicerone, et. C. Ant. Coss. ad capita bubula in regione palatii: vbi ei⁹ sacrarium aliquanto postq̃ excessit constitutum, nutritus uero in carinis apud exquilias. habitauit primum ad Scalas Annularias iuxta forum in domo Calui oratoris: in ædibus hortẽsianis, nouissime vero in palatio, Sub eo principe plurimum arma cessauere, et ingenia floruere, multaq; egregie ab eo domi forisq; gesta quæ librum sibi poscerẽt peculiarẽ fuit p̃terea in palatio domus Augustana, & Tiberiana: & tẽplũ quod diuo augusto Liuia augusta fecerat, fuit etiam tẽplũ Iouis victoris, quod. Q. fabius bello sabino vouerat, in quo cruẽto marte fuera dimicatum: dedicauit idibus aprilis. Ouidius libro iiii. fast. Occupat apriles idus cognomine victor Iuppiter hoc illo sunt data festa die: fuit & in eodem monte templum fidei a Troianis primum consecratum: vt scribit Agathocles cum inquit phryges primum omninm sacrasse in palatio fidei templum: in quo mõte postea cum vrbs conderetur visa est iustam vocabuli Romæ nominandi causam: eãq; priorem: vnde locum dedicasse fidei, cuius etiam meminerunt Appianus: et Ouidius. fuit in eodem monte Ara

Aedicula Victoriæ uirgis Tẽplũ Sospitæ Iunonis. Aedis Apollinis palatini

Porticus & bibliotheca Palatina.

Ornamẽta tẽpli apollinis palatini.

Belidũ & prætidum. Simulacra.

Augusti natalis loc⁹ & eius laudes.

Domus Augustana & tẽplũ Iouis uictoris.

Tẽplũ fidei a Troianis cõsecratum.

Ara febris tribus in locis.

febris, cuius tēplū tribus in locis Romæ fuisse tradūt: vnum in pala/ tio, Alterum in area Marianoꝝ monumētoꝝ. Tertiū in summa par/ te vici lōgi, in eaq; remedia, qu æ corporib' ęgrotoꝝ anexa fuerant: deferebantur, fuit et in palatio Ara palatina, vicus padi, et fortunæ re spicientis. et Sacellum deę viriplacę: ad quod quoties inter virum, et vxorem aliquid iurgii intercesserat. veniebant invicem locuti quæ voluerant. contentione animorum deposita: concordes reuertebantur author Val. max. fuerūt et ædes vitrubii bacchi, quæ diruto ædificio publicatoq;, bacchi prata appellata. fuit enim is vir non domi solum, sed etiam Romæ clarus, vt tradit liuius. Erat olim ad radices palatii iuxta forum Lupercal. i. antrum Lupæ, de quo Dionysius Arcades inquit in colle ipso Firmati, cum ædificia Alia more patrio exornas/ sent, templa quoq; construxerunt, atq; primum quidem Pani. lyceo, ad monente eos Carmēta. Est enim apud Arcadas Pan vetustissim' plurimum in honore habitus, quem Romani lupercal Græci lycęū dicerent nunc tamen circumsepto ædificiis templo, priscam loci na/ turam cōprehendere nequit coniectura, Erat enim antiquitus (vt di/ citur) Antrum magnum sub colle, arbusto contectum, et fontes sub petris profundi, adherensq; rupibus saltus, et quidem opacus, vbi ara deo constructa sacrificia patria perficiebant, quę postea romani cele/ brarunt februario Lugubri tempore: post brumam. Ouidius in fa/ stis a lupa nomē deriuatū putat cū scribit. Illa loco nomē fecit, locus ille lupercal, Magna dati nutrix præmia lactis habet, Inde luperci di cti: Plutarchus. Videmus inquit lupercos inde cursum incipere, vbi Romulum expositum ferūt. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuiatē, cuius rei satis multa Ouidius infastis cū inquit li. ii. Nupta quid expectas, nō tu pollentib' herbis, Nec prece, nec ma/ gico carmine mater eris. Excipe fæcundę patienter verbera dextræ. Iam socer optati nomē habebit aui, nā pręgnātes & adultę nuptæ vt cōciperēt: dextras lupercis verberādas prębebāt: putātes id sibi felicē pariūdi facultatē prestare, pręterea. M. Cicero insectatur. M. Anto niū q; se lupercū exhibuerit ī sacris lupercalib' nud'! discurrēs statuę Cæsaris diadema imposuerit. Itē feriæ ī palatio celebrari solitæ. ī qui bus sacrificiū quod fiebat palatual dicebaẗ: vt tradidit Antisti' labeo Eiusdem plateas montis saxis lacedęmoniis: & porphyreticis Anto/ nius Heliogabalus Imp. strauit: quas Antonianas vocauit vt scribit Lampridius: quæ saxa inquit vsq; ad nostram ętatem manserunt. sed

Ara palatina vicus padi. Sacellū deę viriplacę.

Aedes vitrubii bacchi prata bacchi.

Lupercal antrū lupæ.

Pan Arcadum vetustissimus deus. Lupercal lyceū Lupercalia de mēse februario

Luperci ciuitatē currendo lu/ strabant.

Palatual.

Heliogabalus deus.

nuper eruta/& execta sunt. Heliogabalum q deum iuxta ædes impe/
ratorias in palatio monte consecrauit/eiq templum fecit in eo loco/
in quo prius Orci ædis fuit studés q matris deum typum / & Vestæ
ignem/& palladium/& Ancylia/& omnia Romanis veneranda in il/
lud transferre, Templum illud potissimū agens nequis deus nisi He/
liogabalus coleretur, Illuc & Iudæorum religionem & Christianorū
deuotionem transferendam curauit / vt omnium culturarum secre/
tum Heliogabali sacerdotiū teneret. fecit & Alexander seuerus Die/
tas nominis Mãmææ matris quas imperitum vulgus ad mãmam vo
cat, auctor lampridius. Mõs hodie palatin⁹ in habitatus/totus seruit
vinetis/arbustis/& pascuis aïaliū/& in id pene reuersus / quod fuerat
ante Euandrū. dixisse ferunt Haruspices apud veteres. Quãdo mõs
palatin⁹ desinet habitari/tūc et Imperii ro. finē fore. fuit etiã palatiū re
gio xii antiquæ vrbis. ¶ De mõte auẽtino & de his quę ĩ eo cõtinent

¶ Auẽtinū aliquot excausis dicūt vel ab Auẽtino Albanorū rege il/
lic sepulto, vel ab Auẽtino Herculis ex Rhea filio dict⁹ ē vel ab aduē
tu latinorū qui ĩ meo mõte cõsederūt/q ibi Dianę tēplū sit cõstitutū/
vel ab aduectu auiū/q illuc vesperi cubitū ab tiberi aduolarēt / q sa/
tis tutæ ibi propter adiacentes paludes(& tiberini quiescerēt/ante vr/
bem conditam. Mons est ab reliquis disclusus tiberino in cun bens
alueo/magnum/ac diffusum habēt ambitū. Terminatur adextris ty/
beri inde mœnibus vrbis/a porta. S. pauli vsq ad portam S. Sebastia
ni, deinde piscina publica & circo max. Mons est longior quã latior
assurgit q in duos vertices, disterminatur valle/ac via/quę tēdit a cir/
co max. ad portam. S. Pauli, In primo vertice iuxta tyberim occur/
rit Templum. S. Sabinæ, Quod quidam petrus iluricus prędiues
Episcopus priuatis opibus/a fundamētis erexit/variisq marmorum
ornamentis decorauit, vt carmina illic ex musiuo opere ad huc osten/
dunt, vbi etiam prima Statio in quadragesima celebratur, & vbi Di/
uus dominicus ordinis prędicatorum author. ab Honorio iii ex ge/
nerosa Sabellorum gente regulam confirmari obtinuit. Haud pro/
cul in eodem montis supercilio surgit templum. S. Alexii ro. Ana/
choritæ qui diu in domo paterna / sub quibusdam ligneis gradibus
(qui adhuc ibi extant) latitauit, ne parentibus quidem / vsq ad mor/
tem agnitus est. vbi antea fuit monasterium. S. Bonifacii martyris.
Hinc lapidis iactu supra montis crepidinem apparet ruinosa ædis.
S. mariæ Auentinæ, vbi fuisse tradūt olim templū bonæ deę cui solæ

Marginalia: ædis Orci — Dietæ mãmeæ. — Templū .S. Sabinæ. — Templum S. Alexii. — Tēplū S. mariæ auẽtinæ. Tēplū bonæ deę.

Templũ. S. priscę.

feminę sacrificabant. ab altero montis latere versus circũ max. extat templum. S. priscę in ruinis Thermarum decii Imp. In altero auentini ĩ sũmo vertice/ versus pprtam capenam surgit ædis,& Cœnobiũ S. Sabæ Abbatis in cella noua hinc fundæ iactu apparet Templum S. balbinę virginis. Quirini Martyris filiæ/ iuxta thermas Antonianas. fuit pręterea in Auentino spelunca Caci tiberi incumbens/ vt scribit Virgilius libro viii æneidos /cum inquit Hanc vt prona iugo leuum incũbebat ad anné Dexter in aduersum: & quę secuntur. fuit autem ea spelunca iuxta portam trigeminam/ & salinas/ vt scribit Solinus, in crepidine montis supra naualia vbi etiã ædes herculis victoris/ qui eum interfecit. fuit enim Cacus Vulcani filius, & tunc latro illius loci incola. Cacus autem re vera fuit seruus Euandri, qui incendio agros depopulabatur accusatus a sorore / eiusdem nominis, vnde Ca meruit Sacellum, in quo Vestales sacrificia offerrent /quia herculi fecit indicium de furto boum, illum autem hercules obraptas sibi boues interfecit, cunq; fluuio abluisset aram loco proximam erexit Iouis inuentoris iuxta trigeminam portam/ immolauit q; deo iuuencum/ gratum munus inuentori boũ. In eadem montis parte fuerunt Scalę Caci. Et scalę gemonię iuxta templum Iunonis reginæ, per quas facinorosi vnco trahebantur, erat enim locus pręceps Suetonius in funere Tiberii cęs. Alii vncum inquit & gemonias ininabã tur, &c. in Vitelio Imp. Tandem apud gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, inde vnco tractus in tyberim. In eodé mõte Numa rex impetrare didicisse feré fulmina a pico/ & fauno qui erant numina illius montis/ vbi antrum/ & fons cuius aquam bibebant/ quos Numa vino illic apposito ebrios/ acsopitos reddidit. & inuincula iniecit: vnde fulmina elicere didicit. Oui. in fastis. Lucus auentino suberat niger ilicis vmbra, Quo possis viso dicere numen adest. In medio gramen/ muscoq; adoperta virenti Manabat saxo vena perennis aquæ. Quem regem Tullus hostilius/ qui ei in regno successit / cum imitari vellet/ non rite agens in eliciendis fulminibus/ ipse cum tota domo (vt scribit liuius) conflagrauit. Elicii Iouis visa ara in auentino ab eliciendo dicta vt tradit Varro. Auentinum montem diu paludibus exclusum/ Ancus martius tandem vrbi addidit/ & frequentem fecit populis latinorum quos illuc transtulit/ dirutis illorum oppidis Politorio, Tellenis, & Sicania/ deinde a regionibus, & pomęrio olim exclusum (quoniam in eo Remus infelices vidit volucres)

Cœnobium. S. Sabæ. Templum. S. Balbinæ
Speluca Caci iuxta trigeminam portam tyberi ĩcũbés.
Aedes herculis uictoris
Cacus Euandri seruus.
Caci soror eiusdem nois. quę herculi fecit in ditium de furto boũ.
Ara Iouis inuentoris
Scalæ Caci
Scalæ Gemioniæ iuxta Templũ Iunonis reginæ.
Picus, & faunus auentini numina.
Antrũ, cũ fonte ex quo bibebant Picus & faunus a Numa capti.
Conflagratio domus Tulli hostilii.
Ara Elicii Iouis.

Claudius Cæsar vetantibus haruspicibus pomœrio inclusit. Diony/sius libro iii hist. ita scribit/Primum quidem non paruam vrbi addidit partem Ancus Martius cingens muro eum locum, qui Auentinus dicitur. Est enim collis modice elatus, in orbē. stadia ferme xviii complectens, qui tunc cum silua omnis generis plenus erat, tum vero erat plurima/& pulchra lauro, a qua locus quidam a romanis lauretum dicitur. Nunc autem ædium plenus est omnis. In quo etiam monte multis ornamentis insigne extructum est Dianæ templū. Separabatur a palatio profunda/& angusta valle, postea repleta est con/cauitas illa/inter colles media. Hanc autem videns futurum aliquando munimentum aduersus vrbem/vt siquis ei superueneritexercitus muro fossaq; muniuit/& traductis ex tellenis/politorio/aliis q; vrbibus/quoscunq; ceperat colonos ibi collocauit/per/suasitq; / vt templum Dianæ ædificarent/adiicerent q; statutis temporibus inducias/& si qua facta inter eos offensio esset/per hæc sacra dissoluerent. posteaq; rex pecuniis/quas contulerunt vrbes eæ omnes/extruxit Dianæ fauum in maximo romæ collium Auentino collocatum. leges q; in base ærea conscripsit in delubro Dianæ sita, fuit q; id commune templum/Romanis/& latinis exemplo Dianæ Ephesiæ vrbibus Asiæ. Antonius Horatius in sabinis boué insigni specie & magnitudine natam a diuino quodam monitus est si quis immolasset/totius italiæ imperium eius ciuitatem potiturum. Cor/nelius sacerdos eo ad tyberim lauandi specie misso/immolauit, & romę imperium italię peperit. Cuius Cornua in vestibulo templi pro miraculo diu pependere. Plutarchus in poblematibus scribit in Dianę templis tantūmodo Ceruorū Cornua/in eo aūt quod est in Auētino/boum affixa spectantur. Simili modo Iunonis sospitæ fuit commune templum Lauuinis, & Romanis, cui omnes cōsules sacrificare necesse erat, vt docet. M. Tullius in oratiōe pro Murena. Liuius etiam lanuinis inquit Ciuitatem datam sacraq; sua reddita, Ea con/ditione, vt ædes, Lucusq; Sospitæ Iunonis communis lanuinis cum populo ro. esset. fuit prętere a in Auentino templum Iunonis reginæ quod exparte veientanæ prædę Camillus vouerat. Liuius eodem anno ædis Iunonis reginæ ab eodem dictatore/eodemq; bello vota/dedicatur, Celebratamq; dedicationem ingenti matronarum studio tradunt/fuit & in eodem monte templū lunæ vt scribit Ouidius in/fastis Luna regit menses huius quoq; tempore mensis Finit auentini

Mons auentinus iussus Claudii hereditari ceptus. Auētini circuitus.

Lauretum.

Tēplū dianæ ornatissimum

Tēplū dianæ.

Dianæ fauū i maxio collui auentino cōe ro & latinis.

Antonius Horatius.

Bos isigni specie in Sabinis nata.

Cornelius ro. Sacerdos.

Cornua in tēplo dianæ.

Sospitæ Iunonis cōe tēplū. Ro.& latinis.

Templū Iunonis reginæ,

Templum lunæ.

Templũ bonæ deę. | Templum libertatis. | Atrium libertatis | Lucus Camenarum. | Lucꝰhylernæ. | Venꝰ murcia. | Ara uetꝰ murtæ ueneri dicata. | Sacellum deę murciæ que Murcus dicebatur. | Dea murcea | Dea strenua, | Remuria a remo. | Auentinus regio xiii vrbis. | Cæliꝰ vibēnꝰ.

luna colenda iugo.fuit & templum bonę deę a. Q. Claudia vestali conditum,quod postea vetustate collabens Liuia sumptuosissime instaurauit.fuit etiam lauretum Ioui sacrum.vt scribit plynius. fuit & tēplũ libertatis a Graccho cõditũ ex mulctatitia pecunia fuit & libertatis atriũ a Pollione instauratũ.fuit & lucus Camœnarũ & lucus bybernæ iuxta tyberim,Ouidius in fastis Adiacet antiquus tyberinæ lucus hylernæ. põtifices illuc nũc quoq; sacra ferũt. Pręterea millibus latinoꝝ in ciuitatem acceptis quibus vt adiungeretur Palatio Auentinus ad Murciæ datæ sedes,nam venerem prisci Murciã dixerunt a myrto quę arbor veneri dicata est vt scribit plyniꝰ. Quin & ara vetus.fuit veneri myrteę,quam murciam vocant et eidem sub auentino murciæ deę Sacellum,quę antea murcus dicebatur. fuit & altera dea nomine Murcia ꝙ faceret hominem mũceũ.i.desidiosum cui cõtraria strenua cuius sacra fiebant vt homines faceret strenuos. Romurius ager dictꝰ quia possessus a Remo,& habitatio Remi Remoria,sed & locus in summo auẽtino remoria dicitur, vbi Remus de vrbe cõdēda fuerat auspicatꝰ.fuit ēt auẽtinꝰ regio xiii ãtiquæ vrbis.

¶ DE Cęlio monte & cęliolo.& eorum rebus priscis.

Vortũnus. | Cæliolus | Cælius mons | Querq;ulanꝰ | Cælius augustus dicitur

¶ In Suburanæ regiõis parte inquit. M. Varro princeps est Cæliꝰ mons a Cælio Vibēno tusco duce nobili,qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio cõtra latinũ regē,Hinc post Cælii obitũ ꝙ nimis munita loca tenerēt,neq; sine suspitione essent,deducti dicũtur in planũ,ab eis dictus vicꝰ tuscus,& ideo ibi Vortũnũ stare,ꝙ is deꝰ Hetruriæ prĩceps,de Cęlianis quia suspitiõe liberi essent traductos volũt in eũ locũ qui vocaẽ Cæliolus.i.minor Cæliꝰ cuiꝰ meĩt Martialis cũ inquit Maior Cæliꝰ & minor fatigat Est aũt Cæliolꝰ Mõs ille vbi nũc est porta latina,& tēplũ cũ altero sacello. S. Io.apostoli,& Euãgelistę.sed redeo ad cæliũ montē est enim Cælius vnus ex septem vrbis mons vbi est basilica lateranensis de quo Cor. Tacitus, Ne fuerit inquit absurdũ tradere eum montē antiquitus Querquetulanũ cognomento fuisse, ꝙ talis silũæ frequens fęcũdusq; erat mox cœlius appellatus a Cælio vibēno,qui dux gentis hetruscę cũ auxiliũ allatum venisset sedem eam adcęperat a Tarqninio prisco, seu quis alius tegum dedit nam in eo scriptores dissentiunt Cætera nõn ambigua sunt,magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitasse,vnde tuscum vicũ a vocabulo Aduenarum dictum. Addũtur sententiæ,vt mons Cælius Augustus appellaretur,Quãdo cũctis cõ

flagrãtib⁹/Sola Tiberii effigie fita in domo Iunii fenatoris inuiolata mãfiffet. Eũ mõtẽ Tullus hoftilius vrbi addidit,& habitandũ dedit Albanis,vbi mãfiones fuerũt albanæ,poft euerfam albã,& ex duab⁹ facta eft vna vrbs, multi etiã hetrufci,qui cũ Cælio vibẽne prius / & poftea cũ porfena rege venerãt,remãferũt,& habitauere circa ea loca/ vbi fuit vicus tufcus.liui⁹ Hetrufcis inquit is loc⁹ ad habitãdũ dat⁹, quẽ deinde tufcũ vicũ apdellauere. Dionyfi⁹ libro v hift. ita tradit, Multis deponẽtib⁹ defideriũ in patriã redeũdi. Senatus dedit regio/nem vrbis/in qua fedẽ cõftruxere,ĩter palariũ,& Capitoliũ,quatuor fere extẽfa ftadia. Cõuallẽq;/ Quæ vfq; ad ætatẽ meã vic⁹ tufc⁹a Ro/manis/lingua propria appellatur. perquẽ quidẽ trãfitus eft ad circum max. vbi fuit tẽplũ Vertũni. i. Iani hetrufcoꝝ principis. Qui quidẽ mons,vt frequẽtior effet habitatoribus ipfe rex hoftilius regiam fibi illic etiã cõftituit,& templũ quod in curiã redegit/patrib⁹ minorum gentiũ/ordine ab fe aucto. fub quo mõte fuit olim templũ Mineruæ titulo natalis eius dedicatũ Ouidius libro iii faft. Cęlius exalto,qua mõs defcẽdit in æqna. Hic vbi nõ plana eft,fed prope planavia, Pla/na licet vidẽs caftæ delubra mineruæ, Quę dea natalis cœpit habere fui,vbi Quinquatria celebrabãtur. Erãt & alia minora de menfe Iu/nii. Aufpicatur aũt mõs Cęlius a vico Scauri,vbi nunc eft templum & Cœnobiũ. S. Gregorii in ædib⁹ paternis iuxta Septizoniũ Nam ipfe adhuc viuẽs paternã domũ diuo Andreę apoftolo ibidẽ dedica/uerat. poft hũc locũ ftatim a finiftris occurrit ædes. S. martyrũ Ioan/nis,& pauli in domo paterna,vbi Iuliani imp. iuffu ĩterfecti,ac fepul/ti,iuxta Curiã(vt aiũt)Hoftiliã. Hic iactu lapidis iuxta formasaquæ Claudiæ extat a dextris Hofpitale. S. Thomæ in cęlio mõte/ cõftitu tus olim locus ad redimẽdos captiuos,feu pmutãdos,qui capti effent a barbaris. Haud procul hic furgit Ecclefia. S. Mariæ in dõnica fiue nauicella,cuius fimulachrũ ex marmore extat ante fores tẽpli, Quod nuperrime a Leone. x. inftauratũ/ac fumptuofiffime ornatũ,vna cum porticu,& nanicula,cuius loci antea Cardinalis titulũ habebat. Hinc eũdo in lateranũ ftatim occurrit a dextris Sphęrĩcũ. S. Stephani rotũ di templũ in cęlio mõte Quod antea fauno Capripedi dedicatũ Sim plicius ei⁹ noĩs papa protomartyri Stephano cõfecrauit/ Quod poft/ea penitus collapfum,Nicolaus. V. ante hos proximos annos/coarta ta priore tẽpli phęrica illa amplitudine/in eã formã quę nunc extat in ftaurauit/ vt in tẽpli aditu titulus apparet. fuit & in eodẽ ambitu / me/

Tiberii effi/gies
Mãfiões alba/næ.

Vicus tufcus.

Vici tufci [illegible] buus.

Templũ Ver/tumni.
Regia Tulli regis. Tẽplũ et Curia hoftil.
Templũ Mi/neruæ.

Quinquatria mineruæ.
Vicus Scauri/ ædis. S. Gre/gorii.
S. Io. & pauli ædis. iuxta cu/riam hoftiliã.
Aqua Claudia Hofpitale. S. Thomæ
Tẽplũ. S. Ma/riæ i donnica.

Templũ fauni nũc. S. Stepha/ni protomar/tyris.

Tēplū Claudii Cæs. a Vespasiano conditum.

moria patrum nostrorum celeberrimum. S. Erasmi monasteriū. fuit & iuxta formas. aquę claudię In hoc spacio Templū Claudii Cæs. a Vespasiano conditum teste Trāquillo cęptum antea ab Agrippina sed a Nerone funditus destructum, In eodem etiā ambitu fuit Cāp⁹ martialis, vbi Equiria fieri consueuerant, Siquando tyberis inunda/ tio martium campum occupasset, vt scriibt Ouidius in fastis. In eo/ dem etiam monte fuerūt Castra peregrina ab Augusto Cæs. cōstitu/ ta/vbi in montis supercilio surgit nunc Templū. S. quatuor Coro/ natorum ab Honorio primo cōditū, vbi multa corpora sanctoꝝ ma nu propria collocauit. Huic loco subiacet Ecclesia. S. Clementis in ædibus paternis condita de qua diuus hieronymus Nominis inquit eius memoriam vsq; hodie extructa ecclesia custodit. Hinc per radi/ ces montis eundo in lateranū post arcum formæ statim occurrit Ce/ leberrimum in toto orbe Hospitale lateranēse/sub titulo Saluatoris/ a Clarissima Colūnensium gēte prius excitatum, Quod postea Ro/ mani proceres ædificiis, ac prouētibus/ad pium opus pauperū ęgro/ tantiū indies magis, magisq; ampliare nō desinūt. In hoc ambitu fuit olim domus illa pręclarissimæ gentis lateranorum/de qua Iuuenalis Saty. viii Clausit, & egregias lateranorū obsidet ædes. Tota cohors. Vbi nūc surgit lateranensis basilica in toto orbe celeberrima quater/ no colūnarum ordine/a Cōstantino magno precibus. S. Siluestri pa/ pæ condita/in honorē Saluatoris. S. Ioānis baptistę. S. Ioānis aposto li/& Euāgelistæ, vbi in prima absīde visitur ex musiuo opere imago Saluatoris/quę prima populo ro. depicta apparuisse dicitur. Et supra altare maius in marmoreo tabernaculo, ferro vndiq; munito/ad id ex citato/Cōdita sunt Capita. S. apostolorū petri & pauli Quę diu quę sita/tādē Vrban⁹. v. inuenit. Desierāt enī in honore esse ꝓpter desue/ tudinē, & ignorationē, reperta vero apud Scā Sctōꝝ, & locellis argē/ teis cōdita/in hūc locū maxima veneratiōe, & celebritate, astāte clero populoq; ro. Assurgit ibidē alterū marmoreū suggestū, vbi multæ re conditæ sunt preciosissimæ Scōrū reliquiæ/quæ die dūicę resurrectio nis populo ostēdunt/quarū nomina ī magna tabula nuperrime ibi af/ fixa notata sunt. Extāt adhuc quatuor ex ære colūnæ pari forma / & striatura cōspicuæ. quas tradūt ab Augusto cęs. conflatas. Augustus enim victor totius egypti/ quam Cæsar pro parte superauit / multa denauali certamine sustulit rostra ærea/quibus conflatis quatuor ef/ fecit columnas, quę postea a Domitiano in capitolio sunt positæ/

Campus martialis
Equiria martii campi.
Castra peregrina.
Templum iiii coronatorum
ædis. S. Clemētis
Arcus formæ
Hospitale lateranense.
Lateranorum domus.
Basilica lateranensis.
Imago Saluatoris
Capita apostolorum petri & pauli.
Colūnæ quatuor æneę ex veteri structura conspicuæ.

nam rostratas Iulius cęs. posuit victis pęnis nauali certamine quibus vnam in rostris, alteram ante arcum pro parte ianuarum. quę sunt hodie in lateranensi basilica e structura corinthia. Extat in eadem basilica iuxta tabernaculum Eucharistiæ Vna e multis ærea tabel/la incisis litteris/vbi quędam Sancio legitur, de Imperio Vespasia/ni. Extat & in templi medio Sepulchrum / cum æneo Simulacro / Martini. V. ex generosissima Colūnēsiū psapia, Qui adeo lenibus fuit morib', vt suoꝝ tēpoꝝ delicię sit appellat', per quē Schisma om ne penit' extinctū est, Qui etiā basilicā ignib'/& ruinis deformatam lithostroto, & pictura decorauit/quā Eugeni' iiii postea absoluit. Extāt pręterea in eadē basilica quędā de triūpho Titi, quę prius erant in tēplo Pacis vt tradit Diuus Hieronymus, vt lignea illa mensa qua/dratæ formæ/supra qua Christus cum discipulis cænitasse dicitur pridie quā Crucis subiret patibulum. Extat etiā Arca fœderis, vt vul/go credit & virga Arō. hierosolymis/in triūpho Titi aduecta. Multa ꝑterea extabāt olim in ea basilica Ornamēta aurea/& Argentea/ac gemmis ornata, quæ hodie nulla extāt, & annui prouentus/ex diuer/sis orbis regionibus, vt in pont. gestis legitur. Habet etiam ipsa basilica appēdices. vbi adhuc extat baptisterium Magni Constātini/sphæricę formæ porphyreticis columnis vndiqꝫ septum, vbi circunquaqꝫ Argenteos ceruos/aquam ex ore in mediū effudisse tradunt/& in medio lauacro Colūnam, vbi lucerna certo tempore balsamo ardebat. vbi etiam in primo frōtispicio incisum legitur distichon. Iusons esse volens isto mnndare lauacro. Seu patrio premeris crimine, seu pro/prio. Quē locum nnperrime leo x. tecto plūbeo instaurauit. vbi etiā Hilarius papa tria oratoria condidit, quę adhuc extant, Vnum. S. Ioānis baptistę satis exiguū/cum æreis foribus, vbi Cōstātini Imp. Cubiculum fuisse tradunt. quod mulieres ex edicto nō ingrediuntur Extat & in primo ingressu versus hospitale Oratorium. S. Crucis, crucis effigiem hn̄s/vbi in aditu sunt in ipsis postibus duę/paresqꝫ colūnę/exspeculari lapide/satis cōspicuæ, & totidē paruę satis rudes īte/rius ligneis loculis īclusæ, quas fuisse pri' apud Iudęam in cubiculo (vt aiūt) diuę mariæ virginis/quaꝝ altera sēper violaꝝ spirat odorē. Ab altera vero basilicę parte vbi nūc æneus surgit Equ' Extāt iuxta Scā Sctōꝝ marmorei grad' nūo xxviii; per quos Christ' ad pilatū ascēdisse dr̄/vbi pēsilis, & flexuosa lōgo īcessu occurrit portic' ab Eu/geio iiii instaurari cępta a Nicolao v & Syxto iiii successiue restituta

Tabula ærea antiquissima litteris exarata.

Sepulchrum/ æreū Martini v. q suoꝝ tēporum delitię dictus est: p quē Schisma om/ne extīctū dr.

Spolia ex triūpho titi. lignea mensa arca fœderis.

Virga Aron,

Templi appē dices.

Baptisteriū cō stantini Imp.

Tria ibi oratoria.

Oratorium. S. Crucis.

Geię Colūnę e speculari la/pide.

Totidem exi/guæ. ac rudes

marmorei gradus

vbi in primo aditu iuxta basilicã. S. Ioãnis occurrit a sinistris mẽsura
Statura christi staturæ Christi/vbi lapis/super quo numerati dicunt xxx argẽtei qui
bus venũdatus est a discipulo iuda.paulo vlterius occurrũt tres portæ
marmoreę/per quas ingressus dicitur ad pilatũ iuxta antiquũ põtificũ
Duę porphyreticę sedes qd Suggestũ/deinde duæ porphyreticę sedes/vbi nou⁹ põtifex attrectat
vt fama est ab vltimo diacono/si testes habet/institutũ ob ppetuã no/
tã sedi apostolicę inustã a Ioanẽ pont.natõe anglico/qui femina inuẽ
tus est/& in pcessiõe peperit/quẽ locũ ro.põtifex illac pgrediẽs vitat/
& quasi detestabilẽ abominat⁹. Extãt & in triãgulo paruæ ex ęre haud
Scã Scõrum Sacellum. S. Laurentii. magnę portæ/quaꝝ vltima a sinistris pducit ad Scã Scõꝝ/Est enim
paruũ in loco Sacellũ diuo Laurẽtio martyri/a Nicolao iii ex claris/
sima vrsinoꝝ psapia excitatũ/qui ob moꝝ elegantiã cõposit⁹ dict⁹ est.
depositis illic aplõꝝ Caluariis donec tẽplũ renouaret. Est enĩ loc⁹ pi/
ctura/& tessellatis pauimẽtis/ex diuerso lapide satis cõspicuus. vbi ab
Vrbano v Capita aplõꝝ nouissime reperta sunt/vbi extat locell⁹ cę/
lesti gratia plenus,& plęręq; aliæ reliquiæ/quę nuperrime iussu leonis
Imago Saluatoris a diuo luca depicta x. reseratæ sunt/atq; a multis visæ. Sed pręcipuã illic cernitur Imago
Saluatoris a diuo luca Euãgelista designata,ab Angelo(vt credit) ab
soluta/argẽto/ac geminis satis exornata. Quæ ex instituto leonis iiii/
singulis ferme annis de mense Augusti veluti in antiquo triũpho/&
Fercula quid: ędis.S. Adriani in tribus foris triumphalibus ferculorum simulachris concẽtu q; tubaꝝ/tibiarrũq;
& pomparum omnis generis maximo numero defertur e laterano in
forum ro. Sistiturq; ante ædem. S.Hadriani in trib⁹ foris / assistente
clero/populoq; ro. Inde succollãtib⁹ honoratis quibusq; iteratur/prę³
Arcus latonæ teruehẽs q; per arcũ latonæ/propter Cacodęmonas qui tunc locũ in/
festabãt/postea per Suburam/& aute. S.luciam in Silice/ppter basi/
liscũ/qui subterranea cauerna ibi/vt fertur/latitabat / Quę loca hoc
Basilica.S.mariæ maioris modo liberata dicuntur. nouissime vero in basilica. S. Mariæ maio/
ris/occurrente illi imagine diuæ genitricis/ea nocte sistitur/vbi lecti/
sternia & frequẽs totius vrbis conuentus.postera autem luce in latera
num per aliam viam cum eisdem fere pridianis pompis reportatur.

De exquiliis/& earum ornamentis.

Exquiliarum magnitudo. ❡ Exquiliaꝝ diffusissim⁹ est ambit⁹/multiplicemq; mõs ipse habet
Etymologiã/Est q; cęteroꝝ maxim⁹ æditissim⁹ q; i multos assurgẽs
vertices: De quo. M. Varro: Secũdę regiõis Exqliæ: Alii has scripse
Lucus fagutalis/& larium rũt ab Excubiis regis dictas: Alii/q; exculta a rege Tullio eẽnt: huic
origini magis cõcinũt luci vicini/q; ibi luc⁹ Martis fagutalis/& lariũ

Querquetulanum Sacellum, & lucus Martis / & Iunonis lucinæ. Exquiliæ duo montes habiti, q pars Cespius mons suo antiquo no/mine etiam in sacris Atgeorum scriptum est sic: Oppius mons prin/ceps Exquilinum lucum fagutalem sinistra/quę sub mœrum est. Op/pius mõs terticeps lucum exquilinum/dexterior via in tabernola est. Oppius mons quadriceps lucum exquilinum/viam dexteriorem in figulis est. Septius mons quinticeps lucum pætilinũ, ex quibus Ci/pius mons Sexticeps apud ædem Iunonis lucinæ vbi æditumus habe re solet. Hæc montium nomina aduentitiorum ducum sunt, qui eos aliquando in coluere. Ouidius ab excubiis regis dictas affirmat in li/bris fastorum cum inquit Adde q excubias/vbi rex roman⁹ agebat: Qui nunc exquilias nomina collis habet. Siue q ante vrbem condi/tam aucupibus Exquiliæ erant invsum / vt sparsis quisquiliis aues il/luderentur. M. Cato autem ab excubiis tradit/quas Romulo lucu/mo more prisco dedit xii lictorum / & ccc. armatorum ad custodiam corporis simul & dignitatem/quia. T. Tatius non erat sine suspitione in fidę societatis/nam Romulus vrbis agrum diuidẽs inter Sabinos/ & Tuscos/palatium/& exquilias colles sibi retinuit. Terminãtur eñ Exquiliæ cũ omnibus vrbis mõtibus interiectis cauis/pręter Auentinum. Respiciũt aũt ab oriente Męnia vrbis/a meridie Cęliũ. ab oc/casu palatiũ/& Capitoliũ: Quirinalẽ/& Viminalem. Auspicãtur ab bustis gallicis/& subura/terminãtur adextris via labicana/& includũt templũ. S. Crucis in hierusalẽ portã maiorẽ/& portã. S. laurẽtii cum campo exquilino deinde relictis addextrã thermis Diocletianis/ter/minãtur cum niminali/interposita subiacẽte valle/quę ducit in viam suburam qua postea separatur reliqua parte niminalis/& Quirinalis. In prima exquiliarũ parte surgit Ecclesia. S. Petri a vinculis in Eu/doxia/iuxta vicum Cyprium, & vicum sceleratum/inter ruinas nũc Thermarum Titi Imp. condita prius ab Eudoxia Arcadii superio/ris vxore, vbi etiam vincula recondi iussit/Quibus apostolus petrus vinctus fuit ab Herode rege / hierosolymis, diebus azimorum. Quam sollemnitatem(vt diuus hierosolymus tradit) Siluester pa/pa / rogatu Constantini Imp. a pascha resurrectionis in Cal. Augu/sti distulit, Carceremq Tullianum iuxta forum repurgatum prius in hanc vinculorum solẽnitatem/dedicauit, & vt ea dies Cal. Augu/sti/quę ĩ honorẽ victoriæ Cæs Augusti de. M. Antonio, & Cleopa tra/antea celebrabant, in honorẽ vinculoum petri postea coleretur.

Querquetulanũ sacellum. Lucus martis & Iunonis lucinæ. Cespius mons Oppius mõs

Cispius mons

Exquiliarum termini.

ædis. S. petri a uinculis Vicus Cyprius. Vicus sceleratus.

Vincula petri

Vinculorũ sollemnitas.

Carcer tullianus.

Mẽsis augusti ab augusto cæs dictꝰ. Sextilis antea sicut Iulius quintilis.

Qui mensis ab eo dictus est Augustus. nam sextilis antea vocabatur a numero. sicut Quintilis prius/posteà Iulius/a iulio Cæs. Quem quidem olim sui tituli locum in meliorem formam redigens Iulius ii pont max. multis ornamentis decorauit. In eodem montis sinistro supercilio Surgit templum. S. Martini/ & Siluestri in montibus/iam vetustate collabens, Quod Sergius papa prius cognomento os porci appellatꝰ/ vt quidam tradũt excitauit, Qui ob turpitudine nominis/ primus omnium pont nomen sibi mutauit appellatus ꝙ est Sergius; Quem morem Cæteri post eum pont. seruauerunt. Sunt qui tradant/ non a Sergio/ sed a Symmacho id templum conditum/iuxta Thermas Traiani/Imp. Subest huic loco ædis. S. Luciæ in capite/Suburæ/ab Honorio primo condita. de cuius fornice Leo iiii suis orationibus basiliscum vt dicitur, fugauit, paulo hinc superius/eundo ad arcum. S, Viti occurrit a sinistris templum. S. Praxedis virginis, a paschali primo conditum, siue in stauratum/ vt in apside/ ex musiuo apparet carmen. Vbi a latere templi extat Sacellum quod dicitur ortus paradisi, et mulieres non ingrediuntur vbi breuis versiculorꝗ columna seposita est clatris/ad quam christus religatus fuisse creditur. Quam Ioannes Car. de columna pranestinus hierosolymitana functus legatione/romam aduexisse dicitur. fuerunt preterea in exquiliis iuxta viminalem lucus fagutalis & lucus larum. Querquetulanum sacellum, lucus Mephytis/& Iunonis Lucinæ/ Quorum augusti fines non iam diu lati. Ouidius in fastis Monte sub exquilio multis incęduus annis Iunonis magnæ nomine lucus erat. Lucina vero dicta vel ab ipso luco/vt scribit Varro, vel vt tradit Ouidꝰ in fastis ꝙ nascentibus lucem prębeat/cum inquit Gratia lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus, Aut ꝙ principium tu dea lucis habes/ In quo ambitu surgit nunc venerabilis basilica. S. Mariæ maioris ad præsepe, quę melioribus auspiciis nunc puerperiis lucem pręstat, ac vitam, Cuius rei historia/ita se habet/fuit olim, Quidam Ioannes patricius, qui cum prolem nullam ex se procrearet, affluentibus illi magnis opibus, multis precibus efflagitauit/vna cum vxore, vt ostenderetur locus, vbi templum ex tot facultatibus, quas possidebat/ædificaret, nec absfuit suis votis deus, Quadam vero nocte per quietem admonitus, vt cum locum, quem niuibus opertum/proxima luce conspiceret/

Téplũ. S. martini & siluestri in montibus. Sergius papa os porci antea uocatus.

Thermæ traiani.
S. Luciaĩ capite suburæ ab honorio primo condita.
Téplũ. S. Praxedis a paschali prio cõditũ.
Sacellũ cognomento ortus paradisi.

Colũna patna

Lucꝰ fagutalis
Lucus larum.
Querquetulanum sacellũ.
Iuno lucina.

Basilica diuę Mariæ maioris ad præsepe.
Ioãnes patrius

Locꝰ niuibꝰ opertus ĩ mediis æstus feruoribus.

templo designans/metaretur. Eadem visio apparuit Liberio papæ. Instabant enim tunc idus Augusti / in maximis anni feruoribus. Quę basilica auspiciis liberii papæ, seu Syxti iii, vt legitur in ab/side templi condita fuit, sed eam potius renouasse creditur, aut eā musiuo quod in lateribus apparet/exornasse. Extat etiā argumen/tum vermiculato opere in templi frontispicio / quis eam basili/cam struxerit. Ea est hodie omnium pulcherrima diuersitate mar/morum conspicua/pauimento / incrustatione / & musiuo opere afrō te / et a tergo/tam interius/quā exterius insignita. Laqueatis q̄ te/ctis / auro illitis / ac pictura ab alexandro vi nuperrime satis illu/strata / instaurata q̄ antea a Nicolao iiii/& Iacobo Columna/ vt in maiore abside ex speciosissimo musiuo apparet. Latet sub prio/re altari corpus. S. Mathiæ apostoli / & ante Sacellum ad pęse/pe corpus. S. Hieronymi presbyteri Car. vbi & de fęno est/ & de materiis illius pręsepis /vbi Christus natus est in bethleem. Quod / edicto interposito mulieres non ingrediuntur. Surgit ibi marmoreum suggestum vbi multę reconditę sunt Sanctorum re/liquiæ. Et alterum ab altero templi latere / vbi vetustissima dei ge/nitricis imago / quam diuus Lucas euangelista ex propria eius idea / expressisse dicitur. Extat & altera eiusdem deiparæ matris imago/quæ leoni papæ dexteram abscissam restituisse creditur / ex/tat & iuxta turrem campanarum. Sepulchrum Ioannis patricii/eius basilicę conditoris. Hinc eundo versus arcum. S. Viti occurrit a sini/stris Templum. & hospitale. S. Antonii abbatis/quod petrus cardi/nalis de Capotiis ro. vna cum hospitali excitauit/ iuxta vetustā ędem S. Andreę apostoli a Simplicio papa fundatam marmoreis circum/quaq̄ interius incrustationibus insignitam/extat in abside ex musiuo auctoris nomen. Hinc ad lapidis iactum statim apparet iuxta arcum Gallieni Imp. tēplū. S. Viti in Macello/a Syxto iiii nuperrime in/stauratum/ vbi requiescūt multa corpora sanctorum martyrum/qui eo ī loco interfecti super lapidē(vt credūt)clatris ferreis septū. Varia est de macello hoc etymologia/ Quidā id dictum putant macellum libyæ. p. Victor scribit Macellum liuiani in vi. vrbis regiōe/nec de/sūt qui velint a macello. i. cæde martyꝝ deriuatū. Plura fuerūt ī vrbe Macella, sed duo pręcipua Macellū magnū ī Cęlio mōte & macellū liuiani ī Exquiliis/de quo nūc agit. Macellū ꝓprie loc⁹ ē, vbi venalia oīa ad vsum humanū cōtrahunt. Plaut⁹ in Aulularia/ Venio ad ma/

Liberius papa Syxtus papa. iii.

Templi ornamenta.

Alexander vi.

Sacellum ad pręsepe.

Corpus beati Mathiæ apli.

Corpus S. Hieronymi presbiteri.

Imago diuę virginis a diuo luca Euāgelista depicta.

Sepulchrum Io. patricii.

Templum S. Antonii.

ædis S. Ādreę

Arc⁹ Gallieni.

Templum S. Viti i macello

Macellū libyę

Macellum liuiani.

Macellū quid

cellum inquit/Rogito pisces/indicant caros/Agninam caram / bu/
bulam/vitulinam/Cetum/porcinam/cara omnia: Macellum vero
a Macello quodam viro dictum/qui in vrbe latrocinium exercebat/
quo danato/Censores Aemilius/& fuluius statuerunt/ vt domo eius
diruta/obsonia ibi venderentur: redactis in fis̄cū bonis/aliqui tradunt
ꝙ ibi fuerit hortus/quē lacedęmonii macellum vocant ab eo macel/
lum in foro. post hūc locū euntibus versus portā maiorem occnrrunt
a sinistris in proximo quadriuio ante templum. S. Iuliani/duo mar/
morea trophęa.i.trunci/cum spoliis/quę fuisse dicuntur. C. Marii
septies consulis de triumpho cimbrico/& de manubiis cimbricis ere
cta / Quorum alterum habet thoracem cum ornamentis /& clypeis
& ante se imaginem captiui Iuuenis barbari brachiis post tergū vin/
ctis. Alterū vero instrumētā oīa ad pugnādū/& clypeos. Quę disiecta
a victore Sylla/a. C. Cæsare dict. instaurata scribit Suetonius cum in
quit Trophæa. C. Marii de Iugurtha/deq̄ Cimbris /atq̄ Theuto/
nis a Sylla disiecta restituit. C. Marii enim duo Trophæa spectātur
& septem infastis Consulatus leguntur. Vnde locus hodie ab incolis
vocatur Cimbrum/ In hoc olim loco fuisse domum ęliorum scribit
Valerius max. cum inquit Domus æliorum vbi nunc sunt mariana
monumenta,& Sacellū marianum. In quo illud. S. C. de reditu Ci/
ceronis in patriam/lentulo Consule referente/factum fuit, vnde etiam
ea regio omnis/quę vergit in lateranum/nūc corrupto vocabulo di/
citur vulgo merulana.i.mariana,quę olim apud veteres dicebatur re/
gio tabernolæ/vt scribit Varro. cum inquit lucus exquilinus dexte/
rior via in tabernola est qui locus hodie/& tora illa concauitas / nunc
seruit vinetis/& arundinetis/vsq̄ ad viam quę ducit a tropheis. C.
Marii ad portā maiorem. Inter hanc viam & mœnia vrbis assurgit
eminentissima sphęricaq̄ moles/altera in tota vrbe post pantheō/mu
tilata/ac ruinosa, Quam fuisse tradit Suetonius basilicam/& porticū
quam Caio/& lucio nepotibus erexit Cæsar Aug. Eumq̄ hodie lo/
cum Incolę vocant corrupto nomine thermas Galluzii. Caii.& lu/
cii. Sunt enim in eo ambitu breues admodum thermæ siue balineę,
vnde fortasse locus/nomen accepit. Haud longe hinc surgit Tēplum
S. bibianæ,& trium milium martyrum a Simplicio papa conditum
iuxta palatium licinianūm ad vrsum pileatum. ꝙ ibi fuit imago vrsi
habētis pileū in capite Hinc post trophœa. C. Marii cernitur ædis
S. Eusebii/inter hanc & proximam ædem. S. Viti in macello quędā

Macellū un/ de ē

Trophea. C. marii.

Domus ælio rum.
Mariana mo numenta.
Sacel.ū ma/ rianum.

Regio taber/ nolæ.

Basilica / et porticus Caii, et lucii.

Tēplum. S. bibianæ.

ædis. S. Eusebii

apparent ruinæ/quas credũt fuiſſe thermaꝝ Gordianorum iuxta viã prænestinam/verum eas Spartianus ſcribit fuiſſe extra vrbem/vt poſt ea dicetur. Conſtat enim in hac regiõe fuiſſe olim arcum triũphalem vnius tantũ gordiani Imp. In aggerib⁹ Tarquinii/ Cuius quidẽ mar mora e profunda tellure eruta conuerti vidimus in ornamenta tẽpli/ ac palatii. S. Laurentii in damaſo. Sunt prętereã in hoc ambitu duo Campi magnæ amplitudinis. Viminalis/& Exquilinus. Quorum alter ſub aggere Tarquinii/a proximo colle viminali dict⁹. diffuſiſſi/ mam occupat planitiem intra menia/vbi eſt porta inter ageres/qui lo cus nunc ſeruit vineis & arbuſtis/vbi puteus ſaliẽtis aquę profundiſ/ ſimus/qui dicitur hodie pute⁹ vinari in via quę ducit ad ipſam portã. Qui campus hodie ab incolis viuarium vocatur/ꝙ illic apud veteres animalia includerẽtur, extant ad huc in proximis menibus. Cauernæ ad id manu factæ veluti latibula. Alter vero Campus huic contiguus Exquilinus ab exquiliis dictus/in quibus manei, ſub turre olim Me cenatis/inter montẽ ſuperaggere & mœnia vrbis/vbi nunc multa ſunt aquæductuum veſtigia/ Qui campus dicitur/etiã foculus ab antiquis vſtrinis, erat enim apud veteres omniũ ciuium cõmune ſepulchrum vnde extra portam exquilinam erat olim locus/qui vocabatur putico læ, vbi erant frequentes putei in quibus condebantur oſſa cõbuſtorũ ex proximo cãpo. Puticolæ vt Elius ſcribit ꝙ putreſcant ibi cadeue/ ra proiecta. qui locus publicus vltra exquilias. Cui⁹ rei nidor multũ vrbi nocebat: Auguſtus qui ſtuduit emendare aerem/cõſenſu populi/ & Senatus cõceſſit campũ Mæcenati/vbi pulcherrimos fecit hortos de quibus Suetonius in Tiberio Romã inquit reuerſus / deducto in forum druſo/ſtatim e Carinis/ac põpeiana domo in exquilias in hor tos mæcenatianos tranſmigrauit. Quo in loco nuper erutum eſt mar mor cũ inſcriptione. CVRTIA.Ɔ.L Prapis cui pars dimidia hu/ ius monumenti conceſſa eſt ab. C. mæcenate Helio ſibi et.p. Curtio Sp.f. Col.max filio & Ti. Iulio Aug.l. Glyconi, & ſuis poſteris ꝗ eorum. Iuxta hortos Mæcen. fuit olim dom⁹ egregii poetæ Virgilii maronis/vt ſcribit donat⁹: habuit inquit domũ romæ in exquiliis iu xta hortos męcenatianos. quãquã ſeceſſu Campaniæ/ Siciliæ ꝗ pluri mum vteretur. Iminebat olim his hortis turris illa celeberrima mæ/ cenatis in æditiſſimo exquiliarum & totius vrbis mõte iuxta thermas diocletianas: qui hodie vocatur ab incolis mons ſuper aggere. Imi/ nebat enim aggeribus Tarquinii, ex qua turre. olim tota vrbs vndiꝗ

Thermæ Gordianorum.

Arc⁹ triũphal' Gordiãi imp.

Campus vi/ minalis

Campus ex/ quilinus.

Viuarium

Campus ex/ quilinus

Foculus

Puticolæ

Horti mæce/ natiani

Domus Vir/ gilii maronis

Turris mæce natis

Mons ſuper aggere

circũſpiciebaſ. Horati' ĩ Car. Molẽ ꝓpinquã nubib' arduis Omiſſe mirari/vbi vet' ei' interpres in hortis inquit ſuis turrẽ Mœcenas exci/tauit. Exq̃ Nero pi ĩceps ſcęnico habitu ſpectaſſe incẽdiũ vrbis tradiſ a Suetonio/cũ inquit/Tũc initiũq; ei' incẽdii ab ea parte Circi max. originẽ habuit/quę palatino, Cælioq; mõtib' cõtigua eſt/finis aũt ad imas exquilias. Sexta vero die(vt ſcribit Cor. Tacitus,cũ ex xiiii re/giõib' q̃tuor ſolę ab icẽdio integræ remãſerũt. fuit pterea ĩ exqliis tẽ/plũ fortunæ malæ/ſicut in Capitolio Simulacrũ fortunæ bonæ.

Incẽdiũ urbis

Fortunæ ma/læ templum

De monte viminali

¶ R extãt duo mõtes/Viminalis,& Quirinalis,Quos. M. Varro inter Exqlias cõnũerat,appellãs eos colles,nõ mõtes,cũ inqt,Tertiæ regiõis colles quinq;/a deoꝝ fanis appellatos eqb' nobiles Viminalẽ & Quirinalẽ,Alteꝝ a Ioue viminio/Cui' aræ ibi ſunt:Alteꝝ a Quirini fano dictũ. Quos Serui' Tullius vrbi addidit,ac ne ex illis vrbs expugnari poſſet ab hoſtib'/pomęrio incluſit. Eſt aũt Viminalis col/lis ille/qui ſurgit inter exquilias/&. Quirinalem montes,collis qui/dem Anguſtus, & oblongus/cuius longitudo a cãpo Viminali per thermas diocletianas/& proximam a ſiniſtris vallem vſq; in ſuburam patet/qui habet in aſcenſu templum. S. Laurẽtii palipernæ inthermis Olimpiadis/iuxta lauacrũ olim Agrippinæ matris Neronis princi/pis, Quod poſtea Hadrianus Imp. inſtaurauit, vbi erat arbor pinea magnæ amplitudinis/& fons qui effundebat vndiq; affluentiſſimas vndas,Cuius nuperrime marmor effoſſum eſt in proximo cliuo val/lis Quirinalis,vbi inciſæ litterę/LAVACRVM AGRIPPI/NAE. Haud longe ab hoc templo ad radices montis/verſus aurorã ſurgit ædes. S. Potentianæ, Quam pius papa primus/rogatu praxe/dis ſororis ædificauit inthermis nouitianis in vico patricio. Cui' meminit feſtus/cum inquit Patricius vicus ſub Exquiliis,q; ibi patricii habitauerũt/iubente Seruio Tullio,vt ſiquid noui molirẽtur,e locis ſuperioribus opprimerentur. fuerunt in hoc monte teſte Plynio triũ illuſtriſſimorum virorum magnificę ædes. L. Craſſi Oratoris. Q. Catuli collegæ. C. Marii in bello cimbrico,Et. C. Aquilii Equi/tis ro. qui ciuilis ſcientiæ primus legem tulit de dolo malo, decepto paulo ante tũc. C. Cãnio hortis Syracuſanis,vt ſcribit. M. Tullius libro tertio officiorum. Inter viminalem pręterea,& Quirinalẽ ſub/iacet profunda vallis Quirinalis,vbi nunc eſt templum. S. Vitalis, cuius loci meminit Iuuenalis ad Vmbritium cum inquit Officium

Iuppiter ui/minius.
Quirini fanũ

Viminalis ſitꝰ

ædis. S. Laurẽtii palipernæ.
Lauacrũ Agripinæ.

Tẽplũ. S. potẽtianæ.
Thermæ Nouatianæ.
Vicꝰ Patricii.

Domus. C. Craſſi or.
Domus. Q. Catuli.
Domus. C. Aquilii.

Vallis Quirinalis.
Templum. S. Vitalis.

cras primo Sole mihi per agendum in valle Quirini/vbi fuit olim/ Templum fortunæ publicę vt scribit Ouidius libro iiii fastorum. Qui dicet quondam sacratam in valle Quirini Hac fortuna die pu/blica/verus erit. Quod. P. Victor in colle fuisse tradit. In quo ambi/tu ferunt Romulum ante lucem apparuisse Iulio proculo alba redeū ti cum iam cœlum ascenderet augustiore forma conspicuum in cliuo montis supra ædem nunc. S. Vitalis. Eodem in loco fuisse aiūt olim domum Pomponii attici/ad quem sunt Ciceronis Epistolę/Scribit pręterea. C. nepos ꝙ pomponius Atticus habuit domū athenis / vbi boreas rapuit Orithiam/& Romę in cliuo Quirinali vbi Romul⁹ apparuit Iulio proculo. Cicero libro de legibus. Cuius domus amę nitas inquit non ædificio, sed silua constabat. Quo in loco posteacō/dictum fuit templum Quirini, Cuius marmora conuersa sunt in gra/dus aræ cęli/& Capitolii vt supra dictum est. In valle Quirinali fuit etiam puteus D. probæ/quem proba fecit sub proximo templo. S. Agathæ, & iuxta. S. Mariam in Campo, vbi a fronte incisæ litterę huius rei indices iuxta hospitale Epirotarum.

Tēplū fortu/nę publicę

Locꝰ vnde ro mulus ascēdit in cœlum.

Domus Pō/ponii attici

Temp'um Quirini

Puteꝰ D. pbæ

De monte Quirinali,& eius appendicibus.

❡ Mons Quirinalis a Quirini fano dictus/vt scribit. M. Varro/ Ouidius etiā in fastis. Templa deo faciunt/collis quoqꝫ dictus ab illo ē. Et referunt certi sacra paterna dies. vel a Quiritibus / qui cum/ Tatio Curibus venerunt/& illic castra habuerunt. M. Varro scribit Tertiæ regionis colles quinqꝫ a deorum fanis appellari. E queis nobi/les, duo colles Viminalis a Ioue viminio/ꝙ ibi aræ sunt/ꝙ ibi vimi/na nata fuerunt. Collis Quirinalis Quirini fanū est. dictos enim col les plures apparet ex Argeorum sacrificiis/in quibus sic scriptum est. Collis Quirinalis terticeps ædem Quirino. Collis salutaris quar/ticeps aduersum est Pilonoris ædē salutis. Collis mutialis quinticeps apud ædē fidii in delubro/vbi æditumus habere solet, Collis latiaris sexticeps in luco instellario sumū apud thuraculū ædificium solū est/ horum deoꝝ viæ a quib⁹ cognomīa hn̄t in eius regiōis partib⁹ sunt. a qua colliū varietate dicta putatur porta collina/quę in extrema mō/tis parte sita est/vt supra dixim⁹. Mōs aūt Quirinalis is est/ vbi nūc sunt equi marmorei formā hn̄s ob lōgā qualē Viminalis / sed hic lō geampliorē. Auspicaꝛ enim a porta salaria: porrigitur ꝙ vsqꝫ ad forū Neruæ iuxta turrē Comitum. habet in ascensu, & mōtis cliuo balnea Pauli/qui loc⁹ hodie corrupto vocabulo: vulgo dicitur mōs bagna/

Quirini ædis

iii. regio Viminalis Quirinalis Collis salu/taris Collis mutial' Collis latiaris

Balnea pauli

napoli.i.balnea pauli, vbi nūc sunt in parte vetustę ædes, & Palatium claræ familiæ Comitū, vbi nūc est altissima militiarum turris ab bonifatio viii. condita/sicut turris Comitum ab Innocētio iii. ad posteritatem nominis & familiæ comitū que habuit vno ferme sęculo/ac serie quotuor pontifices max. Innocentium iii. Gregorium viiii. Alexandrum iiii. & bonifatium viii. qui primus sęcularem annū (quem Iobilęum vocant, in christiana religione instituit, ex veteri Iudeorū instituto/& Romanorum diu intermisso more/ab eo in lucem reuocato/ac primum ab eodem pont. romę celebrato. M ccc. Turris aūt militiarum a militibus Traiani imp. nomē (vt aiūt) accępit/ qui illic olim stationem habebant. Iminet autem locus hic foro troiano / vbi adhuc extāt triplici cōcameratiōe fornices/& Gryptoporticus ex veteri structura/curuata forma immorem Hemicycli reddētes a fronte theatralē caueam/vbi in altero cornu visitur profunda ac vetusta ædis S. Albicyri, Eadē mōtis pars habet in suburana regione burgū & templum. S. Agathæ quod Cregorius prim⁹ excitauit/ vocauitq; ecclesiam Gothorū, sub titulo Agathæ virginis in domo materna/quam in templum redegit. in crustatione/& varietate marmorū conspicua. Post hunc locū ad iactū lapidis statim occurrūt in vertice mōtis thermę cōstantinianæ, vbi a sinistris eiusdē in mōtis supercilio surgit marmorea moles semidiruta/quā turrē mesam vulgo. i. dimidiatā appellant supra palatiū D. Colūnensiū. Quidā putant eā fuisse Męcenatis turrē/ac mesam/quasi mæcenatianā ita dictam debili nominis argumēto cōtēdūt, cū nō sit neq; esse possit/nā in eo pręcipue decipiuntur, q̄ hæc/vt illa olim/vrbi imminet/sed nō aduertūt nouā hanc esse vrbē/nō veterē. mesam aūt putauerim quasi dimidiatam vt iam supra dixi. quia dimidiata apparet. Nā turris mæcenatis in maximo exquiliarum mōte fuit in regione exquilina vt scribit. p. Victor/hęc autem in regione viæ latæ in mōte Quirinali/in antiquo pomęrio. Vnde Nero nō putaisset spectare īcēdiū antiquæ vrbis/sicut ex illa spectauit vt supradictū est. In hoc ambitu fuisse olim creditur Tēplū Solis/ab Aureliano Imp. cōditū, teste flauio Vopisco/Qui ita tradit Aurelianus romæ Soli tēplū posuit maiori honorificētia consecratū, nec desunt, qui putēt eā turrē fuisse olim inter eius tēpli ornamenta. vbi vís magna auri & argēti ex triūpho cōdita, & in porticib⁹ fiscalia vina posita idem scribit auctor. Aureliani q; matrem fuisse Solis sacerdotem iccirco Solis templum romę excitasse opinio ē. Vidim⁹ in eius prin/

Turris comitum.

Ann⁹ sęcl'aris

Turris militiarum

Templum. S. Agathæ

Turris mesa

Tēplū Solis ab Aureliano conditum

cipis nomismatibus titulum. Soli inuicto. Extant illic magna etiam antiquitatum ruinosa vestigia/quę porrigebantur/vsq; in plateam. S. apostolorum/vbi ascensus/& descensus visunt sicut in amphitheatro. de quibus nihil satis compertum/aut exploratum habeo/nisi eas fuis/se autumem veteres/vt quidam tradunt/thermarum Constantin. ap/pendices/cum eius porticu/quę fuit in hoc ambitu/post hunc statim locum apparent Caballi marmorei/a quibus ea pars montis/ vbi siti sunt/nomen accepit/ Sunt enim equi miræ magnitudinis/sed mutila/ti, cum viris nudis eos loro trahentibus. Quorum alter inscriptum latinis litteris habet OPVS PRAXITELIS / alter / OPVS FIDIAE. Constat hos a Tiri date rege Armeniorum/romam delatos Quem Nero/ vt laute exciperet/ vno die totum pompei Theatrum insano opere inaurauit/ vt scribit Tranquillus. Extant ibi tres Con/stantini Imp. statuę pedestres adhuc stantes/cum titulis / militari ha/bitu/pari forma/ac statura. Quidam tradunt in hoc ambitu fuisse olim domum/ac viam Corneliorum. Argumento est proxima nūc ecclesia. S. Saluatoris de Corneliis. Vnde initiū altę seniтę per dor/sum Quirinalis versus sept. vbi a sinistris sunt colles / & valles veluti mōtis appēdices. & in primis mons cum templo Clatræ & Apolli/nis/qui plurimus iminet regioni/ac fontibus Triuii vbi nunc est pa/latium & vinea R. D. Oliuerii carafę Cardinalis quondam neapo/litani. post hūc surgit alter collis/vbi fuit Capitolium vet⁹/& vbi Sa/cellum Iouis, Iunonis, & Mineruæ, antiquius quā ædes in Capito/lio facta. Inter vtrumq; collem subest vallis inclusa parietibus, vbi olim fiebant floralia/nudis meretricib⁹/cum omni verborum, & la/sciuorum motuum licentia/sic flagitante populo, ac spectāte/ vsq; ad sacietatē, vt scribit lactantius. Martialis referens vetusta caría ita in/quit nosses iocosę dulce cum sacrum floræ, festos q; lusus & licentiā vulgi, Cur in theatrum Cato seuere venisti, An. ideo tantum veneras vt exires, Quibus ædiles Cicer/fabas, & missilia spargere consueue/rant. In capite huius vallis/ac Circi fuerunt olim officinę conficiēdi minii, haud longe a templo Quirini, vt scribit Vitruuius. fuit huic loco proximus Cliuus publicius. de quo. M. Varro Cliuus inquit proximus ad florales vsus/versus Capitolium vetus, Ouidius in fa/stis parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes, Vtile tunc iter ē/pu/blicium q; vocāt, iuxta hunc locū fuit pila tyburtina/& dom⁹ Mar/tialis poetæ/vt ipse testatur, cum inquit Sed tyburtinę sum proxim⁹

Equi marmorei

Opus praxitelis

Opus fidię

Via ac dom⁹ Corneliorum

Tēplū clatræ & Apollinis.

Capitoliū vet⁹ Sacellū Iouis Iunonis & Mineruæ. Floralia

Officinę minii conficiēdi. Cliu⁹ publici⁹

Pila tyburtina Domus Martialis poetæ.

Flora scortũ nobilissimũ.

Floralia a flora.

Templum.S. Susannæ

Vicꝰ Mamuri

Domus Sabini.

Forũ Salustii.

Aedis Quirini

Tẽplũ Quirini semper clausum.

Ramuli Sepulchrum.

Porticꝰ iuxta tẽplũ Quirini

Templũ Serapis ædis Saluus

accola pilæ, Qua videt antiquum rustica pila iouem, fuit autem flora nobile scortum/quę cum magnas opes arte meretricia acquisiuisset/ populum ro. reliquit hęredem, vnde illi floralia instituta, sicut antea larentalia larentiæ Romuli/& remi conditorum vrbis nutrici. Occurrit hinc inter Quirinalẽ,& viminalem/ob longa/& angusta vallis/sub hortis Sallustianis formã circi habẽs, & spectaculoꝝ adextris vestigia/vbi nunc est vinea R D Dominici Car. Iacobatii ro. viri profecto intergerrimi/ac mu tæ scientię: quid autem illic olim fuerit non satis audeo iudicare. Imminet huic loco templum. S. Susannæ, inter duas lauros, aliter ad duas domos aleone iii conditũ, vt in templi abside ex musiuo apparet/iuxta vicum Mamuri, fuit autem Mamurius faber ærarius nobilissimus/qui fecit Ancilia Numæ põpilii. Est enim Ancile scutum longius, quã latius/quod Salii saltantes per vrbẽ gestare consueuerant id de cęlo diuinitus lapsum/quod a circũstantibus auditum/potentissimam fore ciuitatem quã diu in ea mansisset/diuus Ambrosius scribit domum Susannę/& domum Sabini iunctam/& in vtraq; fuit statio deputata, sunt autem in regione vi/iuxta vicum Mamuri/ante forum Sallustii/cuius adhuc extant vestigia supra eius hortos. fuerunt pręterea in Quirinali multa deorum fana, sed pręcipua ædis Quirini iuxta portam collinam siue diuersa ab hac supra cedem. S. Vitalis vt dictum est Cuius fundamenta ante hos ãnos erui vidi in vinea nũc R D Hieronymi de Genutiis auditoris Cameræ, vbi multæ marmoreę tabellę, & pauimenti tessellulę inde raptæ. Quidã Otho mediolanensis, Senator vrbis spoliauit templum, & ex ornamentis facti sunt gradus in ara cęli & Capitolio Sciendum est pręter Iani templum, quod pacata vrbe claudebatur Quirini omni tempore clausum dicitur, Quod patefieri non licebat, quasi arcanum habere mallent, an humo tectus, an inter deos relatus fuerit. quãuis Varro post rostra Romuli sepulchrũ fuisse dicat/ quod inter antiquissima vrbis monumenta adnumeratur. erat etiam prope templum Quirini porticus/quo conueniebant homines componendorum negociorum causa,& nonnunquã agebantur ibi sponsalia. Martialis. Vicini pete porticum Quirini. fuit pręterea in hoc monte templum Serapis qui prius Apis postea Serapis dictus vt tradit Suidas, fuit & ædis Salutis a fabio pictore depicta, Claudii principatu incensa. Ardem. Salutis inquit liuius. C. Iunius bubulcus dictator,& de ęquis triumphans/quam prius nouerat/Cẽsor locauerat.

dictator dedicauit, ædes Salutis, Ceteris, & Quirini de cœlo tactæ. fuit etiam Templũ Dii fidii. Est enim Dius fidius/qui fidei preest. Plautus/per deum fidium credis iurato mihi/vnde & medius fidius dicitur genus iurãdi apud veteres. Ouidi⁹. libro vi. fast. Querebam nonas sancto fidioq; referre, An tibi semipater/tum mihi sanctus ait. Cuicunq; ex illis dederis, Ego munus habebo. Nomina terna fero, sic voluere Ciues. Hac igitur veteres donarunt æde sabini. Inq; qui/rinali constituere iugo. fuit & templum fortunæ primigeniæ a Cn. Domitio pretore extructum. fuit preterea templum, & dom⁹ flauiæ Domitiani Imp. opus quo in loco ipse natus est/vt scribit Suet. cum inquit Natus est Domitianus in regione vrbis vi. ad malum puni/cum domo, quam postea in templum gentis flauię conuertit, iuxta hortos Sallustianos. Qui omniũ fuerũt pulcherrimi & amęnissimi, inquibus subterraneę erant aquæ manifactæ, quę rigabãt hortos. Sal/lustius enim patrocinio, & fauore. C. cęsaris Cõsequut⁹ dicitur præ/turam a fricę interioris, exqua diues factus, cũ in vrbẽ rediret amœ/nissimos hortos comparauit, & Tyburtinã villam, quę a Cicerone itidem illi obiicitur, Extant adhuc hortoꝝ vestigia improfunda val/le/parũ intra portam salariam inter montem Quirinalem & collem hortulorum, cuius partem hi horti cum cisternis aquarũ occupabãt, vnde collis nomen accæpit, locus autem nũc ab incolis dicit̃ corru/pte Sallustricum. vbi nuperrime marmor erutum, quod nunc est in domo. D. Angeli Colotii, cum inscriptione huiusmodi.

Tẽplũ dii fidii

Templũ for/tunæ Primigeniæ.

Tẽplũ dom⁹ Flauiæ vbi Domitianus/natus est: ad Malũ punicũ

Hortis Sallu/stiani Tiburti villa

M. AVRELIVS PACORVS. M. COCCEIVS Strato cles, AEDITVI VENERIS HORTORVM SALLV/STIANORVM BASEM CVM PAIMENTO MAR MORATO DEANAE D D

¶ Extat ꝑterea atq; ĩtra iuxta ꝓximã salariã portã terrestre suggiliũ quod vocat̃ tumul⁹, siue cãp⁹ scelerat⁹/ab incesto id loco nomẽ, vbi erat artificio factũ antrũ testudineũ, cũ exiguo foraminevñ ĩmittebãt Vestales, q̃ ĩcestũ cõmiserãt & ne fame viderent̃ pire, ĩ antro erãt duę paruæ fenestræ/ĩ altera erat lucerna accẽsa/in altera vero Mel, lac, & aqua, Vestalis enĩ ĩcesto dãnata/p mediã vrbẽ/ac forũ maxĩo silẽtio sandapila ferebat̃ tãq̃ mortua, Et demittebat̃ ĩ antrũ p Scalã. Postea p̃lus iniciebat t̃rã, donec t̃ra vẽiret ad sũmũ. postea cludebat̃ firmĩssio opculo, ita moriebat̃/Sed p̃usq̃ hoc fieret, auferebãt̃ sacra, assistẽtib⁹ sacerdotib⁹ & erat illa die luct⁹ public⁹ p totã vrbẽ de hac re satis m̃ta

Campus sce/leratus Sepulchrum vestalium

Vestalium su/neratio

plutarchus, in Camillo. Liuius eo anno inquit Minutia vestalis facto indicio viua sub terra ad portam collinam dextra via strata defossa scelerato campo, ab incesto id ei loco nomen factum. Puniebantur preterea nõ nunquã vestalium corruptores, vnde liuius ita scribit, L. Cantilius Scriba pontificis ex his, quos minores appellant, a Pont. max. eo vsq; virgis in Comitio cæsus erat/ vt inter verbera expiraret.

Minutia Vestalis
Cãpo scelerato
L. Cantilius

De monte pincio seu colle hortulorum.

Collis hortulorũ qui nunc Mõs pincius dicitur.

Descriptis iam septem vrbis montibus, restãt adhuc quidam alii extra pomœriũ, inter quos Collis hortulorum, qui hodie vocat pincius a proximo olim palatio pincii Senatoris, qui in eo colle habitauit vt scribit Cassiodorus in Epistolis vnde & vicina huius loci porta pinciana nũcapatur. Is est collis qui plurimũ cãpo martio ĩminet & magnum habet ambitũ/ & in longitudinem porrectus instar curuati ad cubitum humani brachii. Incipit autẽ a porta salaria & hortis Sallustianis/ desinit ad portam populi. postea inclusus est antiquo pomœrio præsidii causa, vbi in angulo extrinsecus supra portam popoli in ipsis mœnibus extat reticulatum opus/ pars vetusti muri iam pridem laxata compage seiuncta spectatur nõdum a solo, sed a medio ad summũ fastigium scissa/ sic inclinauit vt cetero muro extrinsecus partem prominentior esse appareat. partim retractior, cuius loci tutelam petrum apostolum sumpsisse aiunt / ac per omne tempus / quo vrbs obsessa est a barbaris hostilis vis vlla ad hunc locum peruenit, quę cum miraculi loco sit habita nec resarcire in posterũ quisquã, nec de integro restituere ausus, sed semper seiunctus permanet murus auctor procopius de bello gothico Is nunc dicitur murus inclinatus Extat in vertice collis iuxta ipsa mœnia dimidiata moles sphæricam formam habens instar panthei verum multo minor ac ruinosa, Haud procul hinc surgit Templum Sancti Trinitatis ac locus sub regula minimorum Seraphici francisci nupertime ibi extructus cura, & impensa Ludouici. xi. Regis Francorum/ cũ romam ante hos annos aduenisset, instante religioso viro fratre francisco de paula/ natione Calabro qui postea ĩter Sanctos a leone/ x. relatus est: approbata priꝰ eiꝰ vita signis, & miraculis. est enim locus iuxta ædem. Sancti felicis in pincis in colle hortulorũ. vbi sepultus fuit Nero princeps vt scribit Suetonius cũ inquit Reliquias Egloge alexãdria nutrices cũ Accia cõcubina gẽtili Domitiorum monumẽto cõdiderũt, quod cõspicit e martio cãpo ĩpositũ colle hortulorum/ in eo monumẽto Soliũ porphyretici

Templum. S Trinitatis Ludouicꝰ. xi. Frãcorũ Rex

Nerõis Imp. Sepulchrum incolle hortulorum

marmoris/superstanti lunensi ara: circunseptum e lapide thasio. Col/lis autem hortulorum dictus vel ab hortis sallustianis/quorum pars in eo colle erant/vel q sub illo/inter ipsum & viam flamminiam/vbi locus est humidus horti olim fuerunt/cuius rei meminit Strabo lo/quens de augusti mansoleo cũ inquit addidit hortos/& nemora iuxta naumachiam/locus hodie ab incolis vulgo hortalia vocatur. nam to tus hic ambitus qui patet inter montem hunc & augusti molem occu pabatur olim rebus ab augusto conditis vsq ad tyberim/vt postea di citur. Ex colle olim hortulorũ descendebant Candidati qui erant pe/tituri magistratus inseptis campii martii/alba veste induti / sine toga/ ne munera ad corruptionem absconderent. fuisse autem ad hũc vsum portam ad formam aquę virginis tradũt. Septa vero Martii campi/ iuxta viam flamminiam, & viam fornicatam scribit liui⁹ in eo ambi/tu, vbi postea erecta fuit Colũna Cochlidis Antonini pii/iuxta mon tem citatorum/qui acitandis tribubus/siue acceptorius ab acceptãdis suffragiis/siue mons Septorum a proximis septis nuncupatus. Est au/tẽ tumulus potius quã mons ex egestione terræ manu factus ex funda mentis (vt creditur proximę colũnæ Cochlidis. Est & alter huic si/milis mons inter plateam nunc iudęorum/& tyberim/qui hodie vo/catur mons Cinciorum a nobilissima Cinciorum familia locum in/colente. factus/vt puto, de industria/quasi agger & repaculum ad re/primendum alueum tyberis/qui influebat totus a sinistris / antequã a Tarquinio prisco recto cursu directus esset/quo nũc labitur/vt post/ea dicetur. Extat terti⁹ huiusmodi mõs iordanus oĩb⁹ notus/a quodã vrsino heroe nũcupatus, vbi illustriss. vrsinorum prosapiæ/etiã nũc ædes spectantur, & columtur. est enim mons spatio breuis/sed nomi/ne amplissimus. nõ enim locus homines nobilitat, sed locũ nominis Claritudo/Restãt duo mõtes Vaticanus & ianiculũ vult a tyberim.

Cãdidati ma/gistratus peti/turi.

Septa campi Martii

Mõs citatorũ

MõsCinciorũ

Mõs Iordan⁹

De monte vaticano, & eius ornamentis

¶ Mons vaticanus a vaticiniis teste Gellio nuncupatus, quod in eo quondam hetrusci sub gemina ilice vaticinarentur. Vn/de Plynius / vetustior inquit in vaticano ilex: in qua titulus æneis litteris hetruscis / religione arborem iam tunc dignam fuis/se signat, vbi postea ob eam rem fuit templum Apollinis. Va/ticanus / inquit festus / quod eo potitus sit populus R. o. vatum re/sponso / pulsis Hetruscis. Varro tamen scribit Vaticanum deum nominatum, penes quem essent vocis humanæ initia, quoniam pueri

Mõs Vaticanus

Tẽplũ Apol/linis

Vaticanus deus

simul ac parti sunt/eã primã ędunt, quę prima in vaticano syllaba, ic circo vagire dicitur. Est enim mons oĩb' nunc notissimus, vbi sedes apostolica, & basilica Petri/apostolorũ principis, Quã Cõstãtinus Imp. a fundamẽtis excitauit iuxta ędẽ apollĩs ex quibus ipse suis hu/meris/ xii. corbulas terrę in honorẽ xii. apłoꝝ asportauit, Ornauitq; pulcherrimis rerum ornamẽtis/& pręcipue locũ, vbi ossa, & cineres Apłoꝝ petri, & pauli cõdita/ęquali portione dicũtur, quẽ gemis/au/ro/argẽto, & cupro decorauit, Elargitus q; est olosericas vestes, ac va sa ad rẽ sacrã ptinẽtia, legebat̃ nup ĩ abside quę nũc diruta ẽ/ Distichõ ex musiuo paucis notũ ❨ Quod duce te mũd' surrexit ĩ astra triũ/phans. Hãc Constantinus victor tibi condidit aulam. Quã Hono/rius primus de auratis tegulis ex Ioue capitolino sumptas exornauit a Q. Catulo exauratas, cum templũ Ioui post exactos reges dedica/ret. Extat in tẽpli vestibulo quod paradisum vocant/ adono papa pri/mo marmorib' stratũ & a Martino. V. instauratum / apłorũ petri & pauli pictura in proxĩa porticu, In medio aũt atrio surgit ęrea pinea mirę magnitudinis ex veteri structura tuberculis insignita/ & nauicu la a tergo fluctuans ex musiuo opere a zoto florentino eminentissimo tunc magistro depicta, sicut postea ab Antonio eiusdem loci fores ba silicę. S. Petri conflatę & inauratę/mirabili rerum cęlatura insigni/tę/opera & impensa Eugenii. iiii. In memoriam nationum, quę eius opera Ecclesię Ro. reconciliatę sunt/cuius rei argumentum forib' cęlatum apparet. Nam hę portę olim argnteę erant, sed sublatę ab Agarenis dicuntur, Extat adextris in angulo porta sancta/ab Alexã/dro vi. anno seculari primum patefacta/pridie natalis Domini/ M. D. astante Clero/populo q; Ro. vbi interius eminet marmoreum tabernaculum/ferro vndiq; munitum/vbi sacrum/ Christi Sudariũ asseruatur, & ferrum lanceę / quo eius latus apertum: a Maximo Turcarum principe missum Innocentio. viii. Extat eius argumen/tum / ęreum ipsius ponr. Simulacram ita locatum, cum ferri effi/gie. In sinistro vero templi angulo / in marmoreo suggesto est caput Sancti / Andreę apostoli / e Peloponneso a principe loci Romam deuectum, suscipiente illud Pio. ii. Apud pontem miluium, vbi extat rei memoria. Requiescunt etiam corpora Apostolorum, Simonis / & Iudę, & pro maiori parte cineres summorum pont. quorum aliqua marmorea sepulchra in renouatione templi sunt diruta, Extat adhuc Syxti Quarti miro artificio conflatum

Basilica petri.

Honorius pm'.
Iuppiter Ca/pitolinus
Q. Catulus

Marinus. V.

Eugenius iiii.

Porta sancta.
Alexander vi.

Innocẽti. viii.

Pius. ii.

æreum monumentum/omnium nostrę ætatis pulcherrimum. in Sacello, quod ipse pont. adhuc viuens excitauit/a Io. pullario florentino extructum, Qui etiam Innocentii Viii ex eodem metallo monumentũ conflauit. Extant etiam duo pari forma/& effigie/Petri apostoli ærea simulachra, Quorum alterum aiunt fuisse olim Capitolini iouis signum. Nouissime vero Iulius ii magnę molis fundamenta admirabilis structurę/veterem soluens vetustatẽ/iaciens, auspicatus est, nec ãbsoluit inceptum opus ante a Nicolao v a Paulo ii auctum Haud silentio pręteribo vaticanas ædes huic loco contiguas, quas hodie summi pontifices incolunt/a Symancho primo/vel vt alii tradũt a Nicolao iii inchoatas/mox ab aliis auctas, & excultas, sed pręcipue a Nicolao v. Qui vaticanũ mõtẽ magnis mœnibus muniuit, mox etiã a Syxto iiii qui & conclaue/& bibliothecam palatinã/forumq/quod rotam vocant/excitauit/quod Innocẽtius viii absoluit/& atrium in palatio extruxit/& magnifice ædium partem instaurauit/Et fontem areę addidit. Item q in supercilio montis versus prata vaticana pulcherrimas extruxit ædes, appellauit/q eas ab apertissimo prospectu belle videre, quas postea Iulius. ii. vaticanis ædibus amplissima triplicis q concamerationis porticu coniunxit/superata/dirimente vtrumq locum, valle. Excitauit q amœnissimũ fontẽ, cum nemore aurea poma producente parietibus vndiq circunsepto. vbi in medio/Nili cum suis insignibus simulacrũ, ac Tiberis/cũ pueris conditoribus vrbis lupæ mãmam tractantibus/& alatere marmorea signa/Appollinis cum arcu, & spiculis. Laocoontis q virgiliani cum duobus filiis exuno marmore draconum cõplexib' implicitis: Venere paruũ cupidinẽ iuxta se despiciente. Cleopãtra fonti apposita exangui simillima. Namq arduus Iulii animus ad oĩa pręclara ardebat, Et Syxti basilicã/vbi stata celebrantur sacra pictura heroica/antiquæ perq̃ simillima/non visa adusq hæc tempora/decorauit. destinauerat/& aream. S. Petri ampliare, Suggestum, quod benedictionem vocant perficere. basilicã q Petri/sicut cęperat absoluere. Inchoauerat & viam a platea. S. Petri vsq ad naualia/quem locũ nũc ripã vocant, & a ponte vaticano intra vrbem vltra Syxti pontem aliã viam/cũ grandi prætorio/quod oĩb' curiis dedicauerat, multaq alia vrbi/curiæq ro. satis vtilia/si per mortẽ licuisset. Leo x, insignẽ porticũ triplicẽ/& Zetas/& picturã/& lacunaria aurea oĩa ab eminentissimis artificibus cõparata/adiunxit. Sub cuius pontificatu nostra ætas vidit

Syxti iiii. ærcũ monimentum.
Et Innocentii Viii.
Iulius ii.
vaticanæ ædes
bibliotheca vaticana
Nili flu. Simalacrum.
Tiberis Simulacrum.
Apollinis statua
Lao coon uirgilianus.
Venus & cupido.
Cleopatre signum.
Leo. x.

Elephantum quasi pullum ex india aduectũ pardosq́;/& leones plu/rimos/& quędam alia annimalia diu in vrbe non visa.

DE MONTE ianiculo,& locis adiacentibus.

Ianicul9 mós

Iani Sepul/chrum.

Saturnus.

Vesta uxor Ia/ni.

Noeus/q ca/taclysmo su/perfuit

Anc9 Marti9 Ianiculũ urbi addidit

Põs sublicius in tyberi fact9

Quiritiũ fos/sæ.

Sepulchrum Numæ regis

Lapideę arcæ Libri Numæ

¶ Ianiculus mõs is est qui transtyberinę regioni plurimũ9 íminet velut arx.vnde Ouidius. Arx mea collis erat quem cultrix nomine nostri,Nuncupat,hęc ætas ianiculumq́; vocat. dictus putatur,vel q́ ibi Ianus habitauit,& ibi sepultus,vel q́ ex ianiculo Romani primũ iter in ethruriam fecere,& ab eo transitu dictus. Ianus enim transitus vocatur vt tradit Cicero,& Macrobius,& dicit̃ quasi Eanus ab eũ/do quod eat:& vertat cœlum,& res omnes/nam penes ipsum est om/ne ius vertendi cardines,Is deus ab initio aurei sęculi leuum latus ty/beris in ethruria tenuit,dextrum Saturnus,Ea ętate non erat monar/chia quoniam nulla mortalibus erat regnandi cupiditas,Principes/quia iusti erant,& religionibus dediti,dii habiti,ac dicti. Pudor ipse regebat populos/& ius principes. Domus illis cryptæ,aut viminum tugaria,vel caua arborum ligna. victus sponte nascentia,aut indiẽ ex venatu erat. Vinũ & far prim9 illos Ianus docuit. Vxor illi fuit Ve/sta,& prima sacrorum regina sempiternum sacrificiorum ignem vir/ginibus credidit,Ad pudorem,& sanctimoniam domorum primus valuas,seras,& claues excogitauit,& ab eodem dictæ ianuæ,ipse vir/gam/& clauem manu tenet. Hunc crediderunt esse Noeum,Qui ma/gno totius orbis Cataclysmo superfuit,cuius arca in Gordieo mõte maioris Armeniæ seruata dicitur. Ianiculum mõtẽ primus omnium Ancus marcius vrbi addidit/non loci necessitate,sed quia videbatur tanquã arx & occasio hostibus ad expuguandam vrbem/liuius ita tra/dit,Ianiculum quoq́; additum/non inopia loci/sed nequando ea arx hostium esset/id non muro solum/sed ob cõmoditatem itineris pon/te sublicio tum primum in tyberi facto coniungi vrbi placuit. Qui/ritium quoq́; fossæ haud parum monimẽtum a planiorib9 aditu locis Anci regis opus,Dequibus festus Quiritium fossæ dictæ q́ eas An/cus martius cum vrbem circundedit,Quiritium opera fecit. Sub Ia/niculo sepultus dicitur Numa rex in agro.L. Petilii scribæ in quo(vt liuius inquit)dum cultores altius terram moliuntur duæ lapideę arcę inuentæ,operculis plumbo deuinctis/litteris latinis gręcis q́; vtraq́; arca inscripta erat. In altera Numam põpilium regem sepultum esse, In altera libros Numæ,Eas arcas cum ex amicorum sententia domi nus aperuisset, Quæ titulum sepulti regis habebat/inanis inuenta/

sine vllo humani corporis vestigio/per tabē absumpti. In altera duo fasces candelis inuoluti septenos habuare libros/non integros modo/ sed recētissima specie septē libri latini de iure pōtificio Septē græci de disciplina sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit/ In quib' cum aīauer/ terentur pleraq; friuolas religionum causas continere, ex. S. C. libri in Comitio cremati sunt. In Ianiculo etiam sepultus fuit Cæcilius Statius poeta vt scribit Eusebius. In eodem monte habuit elegantes hortos Tulli' Martialis/ Valerii Martialis poetæ amic'/eo ipso te/ ste, Est autem Ianiculus mons qui plurimus tiberi/& transtyberinæ regioni imminet/forma/ac situ lōgissimus/ Is auspicatur a porta quę nunc vocatur Turrionis/porrigiturq; multis stadiis per longitudinē versus meridiem. plurimus assurgit intra mœnia ad portam . S. pan/ cratii/habetq; in cliuo/qui maxime tiberi incumbit templū. S. Ho/ nofrii anachoritæ persarum (vt aiunt) regis quondam filii/ Et intra transtyberina mœnia in monte aureo ædem. S. petri eiusdem nomi/ nis/ab arenæ aureo colore(vt credi pōt)quę illic effodit/ in vsus prę/ cipue scriptorum/ vbi nunc sunt fratres. S. francisci/ Et vbi apostolus petrus vltimo Neronis anno cruci affixus/pedibus in sublime elatis sic enim crucifigi voluit/q; diceret indignum esse Saluatoris mortē imitari. Sacello ibi nuperrime exitato eleganti rotūdo in gyrum co/ lūnato/ad eius similitudinem/quod Albuneę erat dicatum super ca/ sum Aniensis/ vti hodie tyburi visitur. Non desunt tamē qui petrū in Circo Neronis passum esse efficacibus probent argumentis/cui' rei monimentum in templo. S. mariæ transpontinæ/non leui cerimonia asseruatur. Is locus proxime instauratus a ferdinando hispaniæ citerio ris rege/& multis adiuuantibus exornatus/ Tabulaq; insigni, & taber naculo nuper excultus a Clemēte Vii. pont. max. iam tū Cardinales Curāte insigniss. Io. Mattheo Giberto eius nunc Datario/qui pręl ter ætatem sapiens/ac plusquā anni repromittent in cōmissis fidelis/ac prudētissimus, magnis ab eo honoribus/& diuitiis honestat' est. Sub est huic iugo transtyberina regio/ quę & Rauēnatum Castra aliquā/ do dicta/quoniam ibi illa erant constituta/ vt Misenatiu in cœlo mō te/ Geminæ enim classes Strabone teste ab Augusto constitutæ erant Altera Rauēnæ/altera Meseni/quę superum/atq; inferum mare cu/ stodirent. Videntur autem hi fuisse milites classiarii/qui excubias in/ terea in vrbe agerent/& cum maior impenderet necessitas mitterentur ad classem. Quę regio plurima nūc incolitur circa portam septimia/

Libri numæ in Comitio cre/ mati.

Cęcilius Sta/ tius poeta.

Tullii Martia lis horti in iani culo.

Ianiculi for/ ma / & longi/ tudo.

Templum. S. Honofrii

Templum. S. Petri in mon/ te aureo.

Circ' Nerōis

Ferdinandus hispaniæ rex.

Classes ab Au gusto cōstitutæ Milites classia rii.

nam/& ripam tiberis. Cætera vero pars hortis/& Arbustis seruit propter pestilentes austros/quibus maxime infestatur. Ex antiquis ornamentis nihil hodie extat nisi ruinæ quędam in Campo iudęo. Ex recentioribus vero/Ecclesia. S. mariæ ad fontes olei a Callisto primo condita/marmoreis ornamentis satis conspicua/vbi olim(vt Eusebius tradit)e taberna meritoria fōs olei tota die emanauit/defluxitq; vsq; ad tyderim. Subit post hanc ædis. S. Grisogoni martyris pauimento,& colūnis ornatissima, deinde templū cum oratorio. S. Cæciliæ in domo paterna a paschali ii. conditum. hinc ad fundę iactum surgit Monosterium. S. Cosmati a Syxto iiii. ibi excitatū/vbi nunc sunt supra centum Sanctimoniales/plęręq; patricię/& nobiles admirabilis abstinentiæ/& sanctitatis. Extat & iuxta campū Iudęorum Templum/& locus sub titulo seraphici francisci/qui primus ordinem/& regulam minorū instituit. In hoc ambitu fuerūt olim thermæ Aurelianæ,& Septimianæ/vt postea dicetur. Vbi etiā horti Cæsariani/& Naumachia, vbi fortis fortunæ templū/in hortis a diuo Cæsare legatis/iuxta tiberim mox Tiberii tēpore dedicatū/vbi & altera ædis fortis fortunæ a Seruio tullio cōdita Ouidi⁹ in fastis. Ite deā leti fortem celebrate Quirites/In tyberis ripa munera regis habet. Fors fortuna inquit Donatus Euētus est fortunæ, cuius diē festū colunt/qui aliqua arte viuunt, hui⁹ ædis trāstyberim est. fuit & in ripa tyberis tēplū fortunæ virilis ab eodē rege cōditū: vbi vndæ virgines inspiciebātur/si quod corporis vitiū lateret ibi aperiretur. Idē in eodē. Discite nūc quare fortunæ tura virili/Detis eo gelida/qui loc⁹ humet aqua: Accipit ille locus posito velamine cūctas/Et vitiū nudi corporis omne videt. In hoc etiā ambitu fuit templum fortunæ dubiæ/ab eodē rege conditum, Idem libro vi. fastorum. Conuenit & seruis/serua quia Tullius ortus, Constituit dubiæ templa propinqua deę. In cui⁹ festo vsq; ad ebrietatē bibebatur. Erat pręterea transtyberim Albiona ager, ab Albionarum luco, ita vocatus quo in loco bos alba immolabatur. Erant & prata Mutia, Cęcilius: Mutio inquit prata transtyberim data, ab eo Mutia appellata. Sicut in vaticano prata Quintia a Quintio dicta. Plynius sic ait Aranti quatuor sua iugera in vaticano, quę prata Quintia appellantur, Cicinnato viator attulit dictaturam. Transtyberina olim erat vilior pars vrbis, vbi sepeliebantur Scurræ & vilissima quęq; ministeria fiebant, vbi & sordidarum artiū officinæ erant vt meminit Martialis.

S. Mariæ ad fontes Olei

Fons olei e taberna meritoria.

Templum S. Grisogoni.

Templum. S. Cæciliæ.

Aedes. S. Cosmati.

Templum. S. francisci iuxta cāpū Iudęorum.

Thermæ Aurelianæ & Septimianæ.

Horti Cęsariani.

Aedis fortis fortunæ.

Fors fortuna quid?

Templū fortunæ virilis

ædis fortunæ dubiæ.

Albiona ager.

Albionarum locus.

Prata Mutia

Prata Quitia

Sordidarum artiū officinæ

ANDREAE fuluii antiquarii ro. Antiquitatum vrbis liber iii.

Tiberis fluuius.

OCcurrête/hoc in loco/tyberino alueo, qui transtybe/rinã regionẽ ab vrbe dilterminat/quo nihil vrbi cõ/modius.operępręcium visum est de eius ortu, natura, & lapsu aliquid differere. Is omniũ fine controuersia/fluuiorũ rex appellatur. Ouidius libro.ii.met. Cuiq; fuit rerum permissa potentia tybris, & libro.iiii.fast. Tuq; future pa/rens Tibri potẽtis aquæ. Albula prius/ob aquæ qualitatem vocatus, postea vero Tiberinus a Tiberino Albanorũ rege ibi submerso, vel Tibris a Tibri tuscorũ duce, vel latrone/nũcupatus, in eius ripis ali/quãdo latrocinia exercẽte. Virg.libro.viii.æn. Tũ reges, asperq; im/mani corpore tybris, A quo post itali fluuium cognomine tybrim Diximus, amisit verum vetus Albula nomẽ. vel vt Varroni placet/ ꝙ Siculi tybrim fossam vocant. Oritur ex apẽnino paulo altius/quã Arnus, tenuis primum, deinde xlii.auctus amnib⁹ excrescit/sed præ/cipue(vt tradit plynius Nare, & Aniene. Tusciam primum diuidit ab Vmbris, deĩde a Sabinis nouissime a latinis dirimẽs ĩ mare Tyr/rhenum/prope ostiã/vno legitimo ostio se ex onerat, Qualibet ma/gnarum nauium ex italo mari capax rerum in toto orbe nascentium/ mercator placidissimus. Ingreditur vrbem a septẽtrione. Egreditur a meridie/inter Ostiensem, & portuensem viam, a dextris Ianiculum, a sinistris vrbem relinquẽs. ferebatur antea per radices Capitolii vsq; in palatium/vbi expositi fuerunt Romulus, & Remus/ad ficum ru/minalem/vt scribit fabius pictor. Primus omnium Tarquini⁹ prisc⁹ alueum direxit, postea. M. Agrippa compressit. Nam Augustus ad coercendas inundationes/alueum tyberis laxauit, & repurgauit / op/pletum olim ruderib⁹, & ædificiorum prolapsionib⁹ coarctatũ. M. Agrippa ędilis cursum direxit, alueum mutauit, & magnis molibus saxorum in vtraq; ripa locatis solidauit. Aurelianus post modum va/lido muro lateritio vtrinq; vsq; ad mare extructo coercuit, alueo etiã firmato, cuius admirãdi operis per tot millia passuum adhuc nõ nul/lis in locis extant vestigia, & qui hodie super fluminis ripa ædificant/ ea habẽt parata iam fundamenta/plateas / vulgo appellant. Primus omnium põte coniunxit Ancus Martius, idem & naualia, vt auctor est Dionysius/extruxit/inquit enim Cũq; esset amnis vsq; ad pontes fluuialibus scaphis latis magis nauigari idoneus/ad Romam autem

Albula flu. qui postea Tiberis dictus est

Tiberis ety/mologia.

Tiberis ortus iuxta arnum.
Tiberis lõgi/tudo & incre/mentum.

Tarquinius priscus
M. Agrippa.

Aurelianus Imp.

Anc⁹ Marci⁹.

maritinus quoq; nauib⁹ onerariis/magnis nauale aliquod excogitauit ad egressum eius extruere vtens vt portu ostio amnis ipsius panditur autem multum in latitudine cóiungens se mari, Sinusq; cócipit ma/gnos/quales portuũ maritimorũ illustrium/nec obstruit ad ostium marino litore/in coruptus sicut plęraq; alia flumina nec paludibus, aut stagnis errans aliquo in loco cósumitur/ priusquã mare cótingat riuus/sed est peruius vbiq; nauibus vno tantum effluit ostio legitimo persecans dorsum maris. Naues igitur actuariæ per ostium ei⁹ intrãt, & romam vsq; remigio/& funibus tracta adducuntur, maiores vero ante ostium ad anchoram fluctuantes fluuialibus euacuatæ scaphis exonerantur. Plynius loquẽs de Obeliscis ita inquit. Alia ex hac cu/ra nauium quæ tyberi subuehebant, Quo experimento palam est nó minus aquarum huic amni esse/quã Nilo/Idem in eodem Pluribus prope solus in omnib⁹ terris amnis accolitur/aspiciturq; villis: Nul/liq; fluuiorum munus licet inclusus vtrinq; lateribus, nec tamen ipse pugnat/quãquã creber/& nunquã magis aquis quã in ipsa vrbe testa/gnaub⁹ Quinimmo vates inte ligitur potius monitor aucta semper religiosus. De moderandis vero Tyberis inundationibus Cor. Ta/citus libro primo ita scribit Actum in senatu ab Aruntio & Arrio an ob moderandas Tiberis inundationes verterentur flumina,& lac⁹ per quos augescit: Auditaq; Municipiorum, & Coloniarũ legatio/nes Orantibus florentinis vt Clanis solito alueo demotus/in amnẽ Arnum deferretur, idq; ipsis perniciem afferret. Congruentia his In/teramnantes disseruere, pessum ituros fæcundissimos italæ campos / si amnis Nar(id enim parabatur)in riuos deductus superstagnauisset. Nec Reatini silebant, Velini lacum qua in Narem diffundit obstrui recusantes/quippe in adiacentia erupturum/Optime rebus mortaliũ consuluisse naturam,quę vt sua ora, suos cursus/atq; originem ita fi/nes dederit, Cicero in Epistolis ad Atticũ libro. iiii. sic inquit. Rea/tini me ad sua tempora duxerunt/vt agerem causam contra Interãna/tes apud Cos & decem legatos/q; lacus Velinus a. M. Curio emis/sus qui interciso mõte in narẽ defluit, Ipse aũt tibris Tot⁹ est nauigabi lis pręterquã intra vrbẽ/inter põtẽ Sixtũ/& põtẽ marmoratũ/vbi có citatior labitur, & vbi nũc Molẽdinorum machinæ cathenis ferreis ad ripas alligatæ, fluitant/Bellissarii (vt tradit procopius) inuentum. Intercisis/bello gothico/aquęductibus/& ostiensi porta ab hostibus occupata, interceptoq; omni commeatu. Apud priscos seruorum erat

Naues actua riæ

Tiberis auct⁹ semp religio sus.

Clanis flu. Arnus flu.

Lacus Velini

Belissarii in/uentum.

hoc opus Recentiores vero aquarias molas inuenerunt, de quibus Palladius ita tradit Si aquæ copia est/ita debere formari, vt constitu/tis aquariis molis/sine animaliũ vel hominũ labore fruméta frágátur Erát apud veteres aluei & riparum tiberis curatores vt nuper effossus lapis in ripa flu. iuxta póté vaticanũ cũ huiusmodi inscriptióe ostédit. EX AVCTORITATE IMP. CAES. VESPASIANI P.M. TRIB. POT. IIII IMP. X. PP. COS IIII V CENSOR. C. CALPETANVS RANTIVS QVIRINA/LIS VAL. CESTIVS CVRATOR RIPARVM AL/VEI TIBERIS TERMINAVIT. P. R. PROX. Item in altero lapide nuper effosso erectoq; ante. S. mariam transpontinam.
Ex auctoritate Imp. Cæsaris diui neruæ f. neruæ traiani
Aug. Germ pont. max. trib. potest. V. Cos iiii. PP.
Ti. Iulius ferox Curat. aluei & riparum tiberis & Cloac. vrbis termi nauit ripam R R. prox Cipp. p. xxv.
Nam in ripa flu. ob numinis reuerentiá non ædificabat apud veteres,

Curatores al/uei & riparũ tyberis.

De pontibus supra tyberim, & eorum conditoribus.

¶ Exigebat ordo, vt a ponte miluio, qui prior, ac superior in alueo tyberis occurrit inchoaretur. Sed quoniam pós sublicius primus ab Anco Martio rege conditus super alueum tyberis/ab eo incipiendũ esse censui. Sunt autem pontes octo/ Sublicius. palatinus. fabritius. Cestius. Ianuclensis. Vaticanus. Elius. & Miluius. duobus tantum nũc dirutis Sublicio, & Vaticano. Quos omnes pręter Sublicium Totilas demolitus est. Nam prius trabibus cópactis/aut paruis lyn/tribus tybetis alueus tranabatur, addito tandem vrbi proximo auéti/no monte: primus Ancus rex ad ima eius pontem/ ex Sublicibus li/gnis compegit, vnde Sublicius dictus. fuisse tamen & pótem sacrum ante vrbem conditam scribit Dionysius/cum inquit Nam cum per cędes hominum Saturno sacrificaretur ad placandam dei iram, hoc more sublato ab Hercule, factum est/vt pro hominibus/qui in tybe/rim deiiciebantur simulachra eorum Sirpea deiicerent/quos Argeos vocabant. Creditur ibi ante fuisse, vbi postea sublicius/ vel idem pós argumento est, q etiam inde simulachra Sirpea eodem more in tybe rim deiecta scribit. M. Varro/cũ inquit Argei fiunt ex Sirpeis vir/gultis simulachra hominum, & quot annos e ponte sublicio a sacer/dotibus iaci solent, Ouidius in fastis Tum quoq; priscorum virgo simulachra virorum Mittere roboreo Sirpea ponte solet.

Pontes tyberis Viii.

Pons sublicius ligneus. Pons sacer.

Simulachra Sirpea

Argei quid?

De ponte Sublicio & eius cognominibus.

Sublices qd?

Horatius Cocles.

Pōs Aimilius qui & pōs lapidꝰ dicīꝰ ē.

Pōs marmoratus.

Sexagenarii ī tiberim e pōte deieīti.

❡ Pons Sublicius ad radices Auentini/iuxta naualia. Extāt adhuc vestigia in medio profluēte/ab anco Martio primū cōdit⁹. & Sublicius dict⁹/a sublicib⁹ lignis, qb⁹ cōpact⁹ erat. Sublices enī līgua volsca magnę trabes vocātur. Pōs sine ferreo clauo cōstructus, ita vt deposita cōtignatiōe eximanī trabes sine fultura, & reponanī. Quē pōtē Horatius Cocles/in bello porsenæ/īpetū hostiū solus sustinēs/a tergo intercidi iussit, ipseq; armatus/natās ad suos se recepit. Grata erga tātā virtutē Ciuitas fuit. Statua in Comitio posita agri quātū vna die circū arauit datū. Eūdē pōtē postea Aimilius lepidus prætor lapideū fecit, vnde lapideus/& Aimilius ab eo nuncupatus dicitur, qui postea tiberis in vndationibus lęsus a Tiberio cæs. restitutus. nouissime vero Antoninus pius, marmoreum fecit, vnde pons marmorat⁹ vsq; in hodieruum diem dictus est. Erat enim pons eminentissimus, vnde facinorosi pręcipitabātur/sicut antea sirpea simulacra. Iuuenalis Sat. vi. Cum tibi vicinum se pręberat æmilius pons. per quem & heliogabali imp. Cadauer anēxo pondere ne fluitaret in tyberim abiectū est ne vnquā sepelirī posset. vnde etiā multi mar tyres deiecti sunt. ferunt post incēsam a Gallis vrbē ob in opiā pręsertim cibarioꝝ decretū vt sexagenarii e ponte sublicio in tiberim deiicerentur/q in vtiles essent patriæ defendēdæ/vnde depontani sexagenarii dicebanī. & vnū fuisse seruatū pietate filii/in cui⁹ psona pater cōsilio suo plurimū adiumētū rei p. attulit. Ita olim creditum est. Sed veritas sub allegoria latet/nā sexagenarii a Suffragio repellebantur & ita eos pōte deiici solitos fabulati sunt/qui videlicet olim erat in septis vbi suffragia ferebantur.

De ponte nunc. S. mariæ.

Pōs Sēatoris: Qui & Palatinus.
M. Fuluius.

❡ Quoniā nō videbatur satis esse vnū pōtē crescēti magis/magisq; indies vrbi, cogitauerūt & alios extruere/atq; paulo supra Subliciū, alterū cōdiderūt, Senatoriū noīe/a Senatorib⁹/siue palatinū/a ppin quo palatino mōte/vñ pximū erat iter ī Tusciā. M. fului⁹ inqt liuius maioris vsus locauit portū, & pilas pōti ī tyberi, qb⁹ pilis fornices p⁹ aliquot annos. p. Scipio/&. L. Mumi⁹ Cēsores locauerūt īponēdos. Est enī pōs multiplici fornice cōpactus/ad excipiēdos bifidos pxīę īminētis Insulæ alueos. Qui pōs hodie dr̄. S. Mariæ/a ppiquo eius vetustissimo fano/Pudicitiæ prius/nunc vero. S. mariæ ægyptiacę.

De duobus pontibus insulæ tyberinæ fabritio & Cestio.

Insula Iouis lycaonia

❡ In mediis tyberinis fluctib⁹ assurgit Insula iouis lycaonia siue ty-

berina Aesculapio sacra/duob⁹ pōtib⁹/velut duob⁹ brachiis munita fabritio, Cestioq̧/ē aūt pōs fabritius/q insulā vrbi cōiūgit Horatius Atq̧ a fabritio nō tristē pōte reuerti dictusq̧ hodie pōs iudęus ab acco lis ei⁹ loci iudęis.dr̄ ēt pōs q̄tuor capitū a q̄tuor marmoreis simulacris q̄drifrōtib⁹/ī pōtis aditu collocatis, Q̄uē pontē. M. lepidū/& . M. Curiū struxisse titul⁹ ī pōte abvtroq̧ latere forinsec⁹ oñdit. Ab altera vero īsulæ pte occurrit pōs cęsti⁹/qui tyberinā regionē īsulæ cōnectit Q̄uē Valētinianū/& Valētē instaurasse inscriptiōes adextris/& sini/stris oñdūt.dr̄ & pōs insulæ/siue.S.bartolomei a p̄xīo eius templo.

Fabritii. Ponus inscri/puo

Cęstii pontis titulus

De ponte Syxto siue ponte rupto.

¶ Qui nūcvocaṫ pōs Syxtus/a Syxto iiii.pōt.max.ex mulctatitia pecunia nuprime īstauratus/apud veteres vocabaṫ Ianuclēsis/a p̄xīo ianiculo/sicut ab aurelia via vel porta pōs aureli⁹ nūcupat⁹:postea ci/uilib⁹ bellis excisus pōs rupt⁹ dict⁹ est. Syxti deīde munificētia sum/ptuosissime īstaurat⁹/sicut plęraq̧ alia vrbis loca/ac tēpla/aut noua/fecit/aut vetera instaurauit. Nā Iobilei anno/qui eo pōtifice celebrat⁹ est M.cccclxxv.ferdinād⁹ Sicilię rex romā/veniēs ap̄lo℞ liminavi/sitatū/p̄suasit ei vtvias vrbis dirutis porticibus acvia℞ flexibus qbus occupabaṫ/laxiores fieri/ac lateririas/vnde designatis vico℞/& viarū magistris/vrbē a veteri situ/ac cęno/prim⁹ oīm pont. vēdicauit / Eo tū incipiēte/cęteri secuti sūt. vñ vrbs priscā resūpsisse vr̄ pulchritudi/nē, ac nitorē. Est enī pōs hodie oīm pulcherrim⁹/ac satis frequēs ma/gnā vrbi prębēs cōmoditatē/Inter hūc/& pōtē vaticanū/p oras tybe/ris ītra vrbē Iuli⁹ ii viā Iuliā de suo noīe vocatā/funiculis regularib⁹ ad amussim directam nuperrime excitauit/vbi magnifica nunc ædefi/cia continenter a variis extruuntur.

Pōs ianuclēsis velle Aurelia/nus.

Iulius n.viam iuliam deli/gnauit.

De ponte vaticano.

¶ Extāt adhuc fūdamēta pōtis vaticani ī medio tiberino alueo iuxta hospitale. S.sp̄us/qui iūgebat olī vrbē cū vaticano vñ nomē accepit/hic ēt triūphal pōs fuisse dr̄ cū porta/ac via triūphali/q̄ ī capitoliū vsq̧ p̄tēdebaṫ/vt Iosephus/ac diu⁹ hieronym⁹ scribūt/p quē/nisi nobiles/vt ferṫ/īcedebāt/quē Iuli⁹ ii.īstauraṙ decreuerat/& viæ iuliæ cōuecteṙ

Pons trium/phalis.

De ponte Castelli, & mole hadriana.

¶ Imminet huic q hodie vocaṫ pōs Castelli/a Castello.i.arce p̄xīę molis hadrianæ/& pōs. S. Angeli/ab angelo q aliq̄n ī ea mole visus est. Apud veteres aūt pōs ęli⁹ dict⁹ est/ab ęlio hadriano Imp q eū pō tē iuxta molē sui sepulchri excitauit/de quo ęlius Spartian⁹ fecit inqt

Pons Castelli Aelius hadria nus.Imp. Moles hadria na.

Sepulchrum hadriani

& sui nominis Sepulchrũ iuxta tyberĩ, ea de causa, vt p pótẽ trãseũtes Propius molẽ aspiceret/positam e regione Mausolei/quod August' fecerat/Iam enim Augusti monumentum repletũ erat, neq́ quisquã amplius in eo sepeliebatur. & ipse primus Hadrianus in ea, quam ipse extruxit mole/sepultus dicitur. vbi ipsius cineres/& omnium Antoninorũ post eum conditi, vt incisæ marmoribus inscriptiões, & Epitaphia illic hodie q̃ ostẽdũt. Erat olim tota ea moles extrinsecus marmoribus ĩcrustata/vt adhuc signa apparẽt. Qua hodie Sũmi. pont. pro præsidio vtuntur. Est enim moles ampla, rotũda, solida, & in expugnabilis, Quã primus oĩum Boinfacius eius noĩs Viiii. munire cępit, deinde Cæteri pont. secuti sunt, Alexander vero. vi. eam/fossa, aggere/propugnaculis, tormentisq́ bellicis, & pręsidialibus excubiis accuratissime muniuit, locũq́ ampliauit, occultumq́/ac pẽsile excogitãs iter per proxima burgi. S. petri mœnia/vsq́ ad ædes vaticanas deduxit, quo tutior sine arbitro/exploratis prius latebris/cũ libuisset clauculum gestaretur, Quem locum erudiores vocãt molem hadrianam Neoterici Castellum. i. arcem. S. Angeli q̃ in eius apice aliqñ visus fuerit Angelus Michael cruentatum gladium in vaginã cõuertens, cum illac Gregorius magnus iter haberet comitãte Clero, populo ro. ad. S. petrum vrbem sacris rogationib' quas gręco vocabulo letanias vocãt, lustraturus, Extat in loco sacellum, vbi pictura res gesta conspicitur. Dictaq́ est etiam arx Crescentii/a Crescentio quo dam factioso duce/ex oppido Nomento, qui illam in suam potestatẽ redigens/occupauit, diuq́ tenuit donec Theutonicorũ fidei, qui illã obpugnabant/se committens/ab illis confossus/crudeliter trucidat' est/Quam molem procopius/bello gothico optime describit/cum inquit. Hadriani quondam Imp. Sepulchrum, velut molis, & arcis monumentum/extra portam Aureliã/iactu lapidis impositũ. Prim' eius ambit' quadrati figurã habet. cõstat enim tot' ex marmore pario summa artificum diligẽtia ædificatus, in medio vero huius quadrati rotũda moles esurgit/excelsa altitudine, & tãta/vt suprema eius parte area sit, cuius diameter vix iactu lapidis transigit. Quã molẽ bellisarius occupãs/pro arce, & præsidio contra gothos vsus est, Erant in summa parte vndiq́ magnæ statuæ hoĩm: equoꝝ, quadrigaꝝ/excellẽti artificio cõfectæ, Has partĩ integras milites demoliti ptim cõfractas in hostes deiecerũt, ita tot artificũ opera & labores, & Sepulchri ornamenta paucis horis militum malignitas absumpsit. Quorum

Cineres Antoninoꝝ cũ titulis & epitaphiis.

Moles marmore pris cir cunquaq́ exornata.

Bonifaci' ix. Alexander. vi.

Gregori' primus.

Arx Crescẽtii.

Procopius

Molis hadriani prior forma & ornamẽta.

Bellisarius patriius.

Statuarũ confractio

fragmenta quędam,& capita statuarum erui e profunda tellure vidi/ Alexan.vi.molem ipsam altissimis vndiq; fossis muniēte. Pōtem q; ipsum Nicolaus.v.expeditiorem reddidit sublatis quibusdam Casulis/quę pōtem occupabant/Iubilei anno Mcccel. cum quadam die multitudo magna/viso sacro sudario/facta obuiam quadā mula/cum neq; venientes,neq; redeūtes ob in sequētem turbam cedere possent. Plurimi illic a multitudine mortalium/vel equorū calcib' oppressi. multi a lateribus pontis in flumen cadentes vndis periere, Quorum causa duo illa marmorea sacella sphęrica in aditu pontis(quę adhuc extant)excitata sunt. Postea vero Alex.vi.expeditissimum peregit illic iter,sublata augustissima porta/ inter pōtem,& molem, altera multo ampliore paulo vlterius excitata,ferroq; munita.

Pōs Castalli.

Duo sacella sphærica i adi tu pontis.

De ponte Miluio siue moluio & de pontibus Anienis.

Extra portam flumētanā/ad.ii.prope lapidem in via flāminia occurrit pons Miluius siue moluius,cuius etymologiam non repperi. quē ab alite miluio dictū putarem/nisi etiā molui' vocaref. Hic sol'. nūc extra mœnia vrbis/a Scauro/vt tradit amian' Marcellin' extructus.sępi' euersus,sępius instauratus/nihil ex veteri structura retinet/ pręter fundamēta.In quo pōnte(vt Sallustius scribit) M.Tullii Ciceronis cōsulis vigilantia/legati Allobrogum/nocte intēpesta, intercepti de industria litteris/depręhēsi sunt/& patefacta. L.Catilinæ cōtra patriā perniciosa cōiuratio est. Sūptūq; de cōiuratis supliciū, liberataq; vrbe primus omniū pater patriæ appellatus est. Apud eūdem pontē Cōstantinus magnus Imp. Maxētiū tyrānū Maximiani filiū/ magicis artib' deditū militari strategemate/materia/ac nauib' supra tyberim dispositis/fluuio submersum superauit. Nam cum eū diuersis oppugnasset pręliis,cōspecto demum in æthere crucis vexillo clamātisq;/voce audita EN TV TO NICA in hoc vince, vt tradit historia terpartita profligauit. Cuius victoriæ extat hodie triumphalis arcus iuxta Collosseum.

M.Scaurus.

M.Cicero cōsulis.

L.Catilina

Maxētius tyrannus.

Extant & extra vrbem in Aniene fl.pōtes quatuor/Salari', Nomentanus Māmęus & lucanus.Salarius in via salaria vbi huiusmodi carmina marmore incisa leguntur.

Quam bene Curbati directa est semita pontis
Atq; interruptum continuatur iter.
Miramur rapidas subiecti gurgitis vndas
Et lubet iratæ cernere murmur aquæ.

Anienis flu. pontes Salarius. Nomentanus Māmęus. Lucanus.

Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites:
Et Narsin resonans plausus vbiq; canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes:
Hic docuit durum flumina ferre iugum. post hũc nomentanus pons via nométana Mam ęus via tyburtina/ab Ant. pio extructus, postea a Mamęa Alex. Imp. matre instaurat. pós Lucan iuxta tybur, vbi sperica visitur moles cum incisis litteris. Ti. plaucio. M. faun Silua/no. & quę secuntur. lege librum epitaphiorum.

De Aquęductibus & eorũ códitoribus, & aquarũ qualitatibus.

Quoniã de tyberi & pótib eius satis dictũ est. Placet iã de aquæ/ductib dicere. Vnde Strabo/vrbem ro. inquit nõ delectu/sed necessitate códitã esse patet, quę prima supra ostiã in mediterranea ea solã super tyberim iacet/in mõtib prius cõdita/cęteris reb abũdãs/ penuria tm̃ laborabat aquarũ. Qua de causa cogitauerunt illi verteres aliũde, quomodo cũq; aquas in vrbẽ deducere/Nã cũ Roma parua ac parum populosa in principio sui esset, & quasi accola tyberis/satis erat ei tyberina aqua: ac fontes, qui circa Capitolium, & palatiũ orie/bantur. frontinus item/Romani inquit ab V. C. per annos cccxlii. contenti fuerunt vsu aquarum, quas ex tyberi, & puteis/vel fontibus hauriebant. Habuit Roma etiam familiam/quę tuebatur aquæduct Castella, & lacus, hãc Augustus hęreditatem ab eo sibi relictam pu/plicauit, adeoq; aquarum seuera lata lex/vt agri/qui aqua publica có/tra legem essent irrigati/publicarentur. At postquã ambitu, & popu/li magnitudine supra quã dici pót, creuit, paulatim a Tyberi reces/sit/ea pars/quę plurimum distabat/propter interuallum, & incómo/dum aquæ penuria laborauit, Decretũ est finitimas aquas per aquæ/ductus, & formas in vrbem deducere, Quandoquidem aqua non poculis tantum, sed pluribus mortalium vsibus necessaria esse videre/tur. Primus omnium Appius Claudius ex agro lucullano quem tu/sculanum putant/vt tradit frontinus arcuato opere in vrbem deduxit Quamuis Ancus vnus ex regibus aquam martiam in Capitolium deducere excogitauit, Eam postea. Q. Martius in sua pretura dedu/xit/a quo nomẽ accepit de qua plyni/dicanẽ iquit inuicta miracula, quę. Q. Marti rexfecit/is iussus a Senatu aqq; Appiæ, & Anienis tegsa duct reficere nouã a noïe suo appellatã/cuniculis p mótes actis stra præturæ suæ tp̃s aduxit. Iuli frótin Curator aq̃, de qb libellũ ad diuũ Neruã Imp. scripsit/aq̃s vrbis sua ætate nouẽ tm̃ fuisse tradit

Seuera aqua/rum lata lex.

Appius Claudius.

Anc Narcis.

Q. Marcius co gnométo rex.

Iul frõti nus

Sextus vero Rufus, qui frontino posterior fuit Diocletiani Imp. tẽporibus Aquas xix. cõmemorat, vnde ob aquarum copiam vrbem dicit a veteri infamia purgatam, quę tribus mensibus anni dicebatur pestilẽs. & in singulis aquis appositæ erant inscriptiones, quę nũc abolitę sunt quę tantũ hodie extant in Martia. Claudia, & virginia. Strabo libro v. ita tradit. Tanta autem per aquęductus aquarum vbertas influit, vt per vrbem atq; Cloacas ãnes inundare videatur: & vniuersæ propemodum ædes subterraneos meatus, siphones, ac fistulas vndosas habeant. Quorum accuratissimam diligentiam. M. Agrippa egit perpetuus aquarum curator, Qui vrbem plurimis aliis ornamẽtis adornauit. Idemq; in ædilitate sua Virginia aqua, Cæterisq; corriuatis/atq; emendatis Lacus septingẽtos fecit, fontes. C. V. Castella Cxxx. Complura etiam cultu magnifica/& operibus omnia annuo spatio/gratuita prębuit Balnea Clxx. quę nunc romani ad infinitum auxere numerum. Siquis aquarum abundantiam in publico balneis/piscinis Euripis Domibus/hortis/villis/Spatiaq; venientium extra/ctos arcus, conualles, æquatas fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto terrarum orbe. Aquarum vero celeberrimæ Martia. Claudia Appia, Virginia, Anio nouus, & Anio vetus, Iulia, & Tepula. Pręterea sciendum est eminentium aquæductuum aquas omnes influxisse olim in vrbem per congruẽtia loca iuxta portam neuiam, latinam, & pancratianam. Quia per has tantum iusto ęqui librio formæ dedu cebantur super terram vt adhuc illarum vestigia apparẽt/quędã vero per subterraneos cuniculos vt aqua virgo/& aqua Iuturna/ Quinq; erant olim aquęductuum altitudines in omnem partem vrbis. Altissimus Anio nouus, proxima Claudia/deinde Iulia/Tepula/& martia: Vrgente necessitate Anio nouus cęteris subueniebat / quia altissimus erat. Aquęductus/qui a sexto ab vrbe miliario ducebãtur/ex lapide quadrato erant. Aquæ vero omnes intra vrbem diuidebant per regiões. Erat & Castellum receptaculum quod aquam publicam suscipit/ex quo fistulis aqua ducitur. Cum itaq; ductus aquarum ad viarum diuortia/vel regionum vrbis fines perducti erãt Castella in formarũ summitate habebãt, ex quibus aqua per digitos/vncias/& modulos ædificiis/operibusq;/& muneribus publicis/ac priuatorũ vsib9 diuidebantur. In solo autem lacus erant alia aquarum receptacula, ex quib9 cum romanæ plebis, & fullonum/Coriariorum/aliorũq; opificum necessitatibus satisfieret/tum horti irrigabantur.

Sex. Rufus.

M. Agrippa perpetu9 aqų curator.

Aquarum celeberrimæ.

Aquęductuũ altitudines.

De aquęductu aquæ Aquæ Appiæ.

Appius Clau dius
Aqua appia.

¶ Appiam primam in vrbem deductam satis constat/quę. M. Valerio max. p. Decio Mure Coss. anno xx. post initium Sánitici belli inducta est ab Appio claudio Censore/qui & via m appiam a porta capena/Capuā vsq; muniendā curauit. Concipitur appia in agro lucullano/via prænestina inter miliarium sextum / & octauū/a diuerticulo sinistrorsus: habet longitudinem a capite vsq; ad Salinas / qui locus est ad portam trigeminā. Riuus eius sub Cælio mōte, & Auétino actus emergit/extant adhuc vestigia quędam ad radices mōtis iuxta hippodromum campi testacei & altera ad proximum arcum septem vesp. vbi desinebat ad proximas Salinas. Nec appia / nec virgo nec Alsietina piscinas habent sub hortis lucullanis finiuntur in campo martio secundum fontem Scipionum author frontinus. Inter latinam olim & appiam viam duo altissimi aquæductus in vnum influebant/& iterato dirimebantur vt tradit procopius, extant adhuc signa inter proxima vineta.

Horti lucullani.

De Aqua martia, & eius bonitate.

Aquę martiæ bonitas.
Fōs Piconia.
Anc9 Marci9.
M. Agrippa.
Lacus fucin9.
Aqua Traiana.
Aquarū diuersus vsus.

¶ Clarissima aquarum omniū toto orbe frigoris / salubritatis q; palma/prę conio Martia est inquit plynius inter reliqua deum munera vrbi tributa, vocabatur hęc quondam aufeia, fons autem ipse Piconia. oritur in vltimis montibus pelignorum/transit Marsos, & fucinum lacum Romam non dubie petens, mox specu mersa in tyburtina se aperit, Primus eam in vrbem auspicatus Ancus Martius vnus ex regibus. Postea. Q. Martius rex in prætura deduxit, Rursus q; restituit. M. Agrippa. Strabo vero hanc e fucino emanasse scribit/cum inquit, Cæterū e fucino lacu/aquæ martiæ fontes emanare, quę rigatiōes romæ propinat, quęq; reliquas super aquas properatur. frōtinus eam dicit via Valeria ad Milliarium xxxiii. & suo tempore in Auentinum a Traiano deductam & Traianam fuisse dictā, Qui etiā scribit singulas aquas ita cōstitutas/vt Martia tota potui seruiret reliquæ vero aliis vsibus assignarentur, Plynius autem tradit Aquam martiam natationi virginem vero tactu pręstitisse. In supplementum martiæ quoties siccitates ageret, auxilio aquæ eiusdem bonitatis Augustam opere subterraneo perduxit/vsq; ad martię riuum, quę ab inuentore vocatur Augusta, nascitur vltra fontem martiæ/cuius ductus, donec martiæ accedat efficit passus Dccc. Ingrediebatur olim martia iuxta portam maiorem/extat adhuc eius formę vn9 fornix via qua

itur extrinsecus ad ędem. S. Laurētii extra muros/& per mœnia nūc vrbis/quę sunt in eius aquęductu trāsitu super portam taurinā siue. S. Laurentii/vt in interiore eius portę fornice extant pedales litterę in vtroq; frontispicio/cum inscriptione trium Imp. Aug. Cæs. Aurelii Ant. pii, & Titi Vespasiani.

Martiæ aquæ Inscriptiōes.

¶ IMP. CAESAR DIVI IVLII. F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS COS. XII. TRIBVNIC. POTESTAT. XIX. IMPE. XIIII. RIVOS AQVARVM OMNIVM REFECIT.

IMP. CAESAR. M. AVRELIVS ANT. PIVS FELIX AVG. PARTHIC MAXIMVS BRIT. MAXIMVS PONTI. M. AQVAM MARCIAM VARIIS KASIBVS IMPEDITAM PVRGATO FONTE EXCISIS ET PERFORATIS MONTIBVS RESTITVTA FORMA ADQuISITO ETIAM FONTE NOVO ANTONINIANO IN SACRAM VRBEM SVAM PERDVCENDAM CVRAVIT.

IMP. TITVS CAESAR DIVI .F. VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TRIBVNICIAE POTESTAT. IX. IMP. XV. CENS. COS VI . DESIG. II . RIVOM AQVAE MARCIAE VETVSTATE DILAPSVM REFECIT ET AQVAM QVAE IN VSV ESSE DESIERAT REDVXIT.

¶ Ab hac porta diuertēs vetus marciæ aquæ ductus/per campū exquilinum (extant. n. ad huc signa) ad thermas primum diocletianas deinde in proximos colles viminalem & Quirinalem descendebat, vt meminit Martialis,

De aquęductu. & fontibus aquæ claudię.

¶ Calicula altero imperii sui anno/duos ductus inchoauit, q; opus Claudius perfecit, dedicauitq;, Alteri qui ex fōtib⁹ cęruleo, & Curtio deducebatur claudiæ nomē datum, nam claudia inuenta, & adducta est a Claudio Cæs. Hæc bonitate proxima martiæ. Claudia concipitur via Sublacensi, ad miliarium xxxv. fontibus duobus amplissimis/Ceruleo, & curtio, tantæ bonitatis/vt martiæ quoq; auxilio sit quoties opus fuerit finitimus Claudiæ arcus iuxta hortos plancianos inde in vsum vrbis fistulis deducitur, partim sui Claudia prius in arcus, qui neroniani vocantur, hi directi per Cęlium mōtē, iuxta tem

Claudi⁹ Imp. fōtes Curti⁹ & Cæruleus.

Arcus Neroniani.

plum diui Claudii terminantur, modum, quem cæperunt / aut circa ipsum montem, aut in palatium, Auẽtinumq̧, & transtyberinã regio nem demittunt. Extant in vtroq̧ monte signa / Tradunt partem eius

Ant. Caracalla

aquæ in capitoliũ vsq̧ deductam ab Ant. vi (aiũt) caracalla, vt cubita les lateritia q̧ litteræ ostẽdũt a fronte hospitalis. S. Thomæ / de torto aquæductu in capitolium vsq̧ / extant adhuc ruinę formarum in pala

Inscriptio.

tium vsq̧ / sed in proximo arcu nuperrime detectę literę huiusmodi. P. Cor. P. F. Dolabella C. Iunius. C. f. Silanus flamen martial. ex S. C. faciũdum curauerunt / Idemq̧ probauerunt. Quã quidẽ aquã suo tempore frontinus in Auentinum a Traiano deductam Traianã fuisse dictam vt in ruinis Thermarum decii effossum marmor osten/

Aqua traiana.

dit, extat pars aquęductus iuxta. S. priscã. Visitur aquæ simulacrum Marforio simile in nomismatibꝰ traiani. Sed redeo ad Claudiũ. De quo Suetonius opera inquit magna potius, quã necessaria quã multa

Curtius cęru/leus & albudinus fontes.

perfecit, sed vel pręcipue aquæductum a Caio, inchoatum / aquæ clau diæ gelidos vberes fontes, quorũ alteri Ceruleo alteri Curtio, & Al/budino nomẽ / simulq̧ riuũ Anienis nouo, lapideoq̧ opere perduxit / diuisitq̧ in plurimos, & ornatissimos lacus, Plyniꝰ libro. xxxvi. nat.

Lapidea excel/sitas.

hist. Vicit inquit antecedentes aquarum ductus nouissimum Impen dium operis inchoati a Caio, & perfecti a Claudio, Quippe lapideã excelsitatem omnes vrbes, & montes ęquantem, vt lauacra impleret Curtios / atq̧ ceruleos fontes aductos / erogata ad id opus Talentum / sexaginta milia, Influebat olim aqua claudia iuxta portam nunc ma/

Aquę claudię inscriptio.

iorem incuius frontispicio interius & exterius extant inscriptiões cu/bitalibꝰ litteris lapide incisæ / Triũ Imp. Claudii. Vesp. & Titi filii.

¶ TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAESAR AVGVStus
GERMANICVS PONT. MAXIM. TRIBVNICIA
POTESTATE XII. COS. V. IMPERATOR XXvii.
PATER PATRIAE AQVAS CLAVDIAM EX/
FONTIBVS QVI VOCABANTVR CAERVLEꝰ
ET CVRTIVS A MILLIARIO. XXXXV. ITEM
ANIENEM NOVAN A MILLIARIO. LXII. SVA
IMPENSA IN VRBEM PERDVCENDAS curauit.
¶ IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVS. PON/
TIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS. III. DE/
SIG. IIII. PP. AQVAS CVRTIAM ET CAERV/
LEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET,

POSTEA INTERMISSAS DILAPSAS QVE PER ANNOS NOVEM SVA IMPENSA VRBI Restituit ¶IMP.T.CAESAR DIVI.F. VESPASIANVS AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC POTESTATE.X.IMPERATOR XVII.PATER patriae CENSOR COS.VII. AQVAS CLAVDIAM ET ANIENEM PERDVCTAS A DIVO Claudio ET POSTEA A DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITVTAS CVM A CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSATE DILAPSAE ESSENT NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAIT.

DE Aniene veteri & eius qualitate.

¶.M.Curius dētat⁹ censor cū.L.Papirio Anienis/qui nunc dicitur vetus/aquam in vrbem deducendā curauit ex manubiis de pyrrho captis.Item post biēnium actum est in Senatu de consumatione eius aquæ/tamen ex.SC.duūuiri aquam producentes creati Curius & Fuluius Flaccus locauerant/Curius intra quintum diem/quam erat duūuir creatus/decessit.gloria perductæ pertinuit ad Fuluium. Cōcipitur Anio vetus supra tybur/vbi partim in tyburtinum vsum & romam deductus,quia minus salubris/in hortorum rigationem, atq in ipsius vrbis sordidiora extaret ministeria, Quoniā duæ Anienis aqnæ in vrbem influebant/vt facilius dignoscerent, Anio nonus vocari cepit/alias omnes præcedit.Priori vero Anieni cognomē vetus adiectum/Circa quattum miliarium via/qua latina in labicanam itur arc⁹ trāsit/& peruenit in regionē viæ nouæ in hortos Asinianos.

Pyrrus rex,

Quare Anio vetus & anio nonus dictus est.

DE Aniene nouo.

¶Anio nonus sublacensi via ad miliarium xlii.sub riuo concipitur e fluuio sine pluuiarum iniuria limosus/interposita piscina/vbi aqua liquescat/superueniētibus imbribus,turbida in vrbem peruenit,iungitur/& riuus herculaneus oriens eadem via/ad miliarium xliii.e regione fontium Claudię/trans flumen/viamq/natura purissimus/sed mixtus gratiam splendoris amittit.Anio nonus cum Claudia apiscinis in altiores arcus recipiuntur/ita vt superior Anio/finitimus atc⁹ eorum prēter hortos plancianos ē inde in vsus vrbis fistulis perducitur.Riuum Anienis noui Iulius frontinus a diuo Nerua Imp. procurator aquarum constitutus restituit/& in vrbem deduxit.

Riuus herculaneus.

Horti Planciani.

De aqua tepula,& Iulia.

M. Agrippa ædilis.

¶ Cn. Seruilius Cepio,& longinus censores tepulam ex agro lu-cullano,Romam in Capitolium ducendam curauerunt. Tepula cō-cipitur via latina.xi.miliario diuerticulo dextrorsus subterra prius deinde arcuato opere Iuliæ post admixta. M. Agrippa ædilis pro-prias vires collegit,& Tepulæ riuum intercœpit Acquisitæ q; ab in-uentore nomen Iuliæ datum Iulia autem reuocatis deriuationibus per quas subripiebatur Modū suum / quāuis notabili siccitate serua-uit Iulia enim influebat cum aqua traba,quę tota Tusculanis reddi-a iussu imperatoris. Eodem anno Agrippa ductus Appiæ/ Anienis, & Martiæ pęne delapsos restituit & in singulari cura compluribus salientibus aquis vrbem instruxit, Vnde Augustus conquerentem, de inopia,& caritate vini populum seuerissima coercuit oratione. Sa-tis prouisum inquiens a genero,suo Agrippa productis pluribus a-quis/ne homines sitirent. Tepula inuenta/adductaq; ab eo ē/Iulia ve-ro ab aureliano/vt scribit Ant. in itinerario.

Aqua tepula
Aqua Iulia

De aqua virgine.

Herculaneus riuus.
Aqua Virgo vnde?
Ager lucullanus.

¶ Agrippa cum iam tertium Consul fuisset. C. Sentio,&.SP. Lu-cretio Coss. post annum xiii. quā Iuliam deduxerat ab viii. lapide diuerticulo.ii.mil.pass.via pręnestina. iuxta herculaneum riuum: vir-ginem in agro quoq; lucullano collectam romam deduxit. Virgo autem nuncupata q; quęrentibus aquam militibus/puella virguncu-la quasdam venas monstrauit,quas secuti, ingentem aquæ modum inuenerunt ædicula fonti apposita hanc virginem pictam ostendit. Concipitur ergo via collatina palustribus locis milliario . viii. vltra anienem. sic igitur circum collectam continendarum scaturiginum/ causa adiunctis quā plurimis aliis acquisitionibus venit per longitu-dinem pass.xiiii.& subterraneo cuniculo in vrbem influit. Plinius vero Idem inquit,& virginem adduxit,ab. viii. lapide diuerticulo.ii. Mil:pass. via prænestina iuxta ē herculaneus riuus / quem refugiens virginis nomē obtinuit/ Virgo ideo dicta quia refugit herculaneum: qui est mas. is iam pridem vna cum aqua virgine/ interrupto aquæ-ductu desiuit in vrbem Labi, Ea vero aqua / quæ nunc extat retinens solum aquæ virginis nomen concipitur extra portam pincianā, haud longe a ponte salario profundissimo labens cuniculo,per portam in-greditur pincianam,attollitur sub colle hortulorum, lapidea forma, vbi huiusmodi legitur inscriptio in hortulo nunc nobilis/atq; erudi-

O nare Vir-go dicta.

ti uiri Angeli Colotii Antiquitatum unici amatoris.

TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIM. TRIB. POTEST. V. IMP. XI. PP. COS. DESIGN. IIII. ARCVS DVCTVS AQVAE VIRGINIS DISTVRBATOS PER. C. CAESAREM A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT AC RESTITVIT.

¶ Visitur in eiusdem. D. Angeli monumentis/socratis statua Alcibiadem amplexantis: Iouis Hammonis/protheiq;/& Aesculapii simulachra: Menses cum suis signis: & diis tutelaribus: mensuraq; pedis romulta q; fideliter adseruata/ad mensuram/& pondera/quae huic saeculo lucem intulerunt. Is aquaeductus iam pene collapsus/a Nicolao quinto restitutus est/ut eius inscriptio fonti adposita indicat. Obibat olim ea forma magnam martii campi planiciem ut signa adhuc apparent/ex testimonio etiam Ouidii in fastis cum inquit Te quoq; lux eadem turni soror aede recepit: Hic ubi uirginea cāpus obitur aqua. Quae hodie triuiana dicitur, nec desunt qui eam traianam nuncupari uelint/ut in eius principis etiam nomismatibus uidere licet. Nam Traianus plurimos restituit aquaeductus/ac de suo nomine nuncupauit. Haec sola aqua ex omnibus antiquis hodie in usum bibendi in urbem influit, & multos habet Siphunculos/& fistulas ad effundēdas aquas uicinis domibus & accolis. Influebat ante hos annos uis magna aquarum/quae curatorum negligentia/sicut pleraeq; aliae/iam desiit. Multae praeterea erant aquae aestate deficientes/sed multo plures superinductae/ut scribit Sex. Rufus. Iulius uero frontinus ita tradit Arcus altissimi sublevati quibusdam locis centum nouem pedes: tot aquarum tam multis necessariis molibus. formarum enim demolitionem duabus ex causis accidisse cernimus ex uetustate & barbarorum saeuitia, Sed Theodoricus qui fuit primus Ostrogothorum rex moenia urbis Theatra, Palatia, Thermas, Cloacas/& aquarum formas instaurauit/Quasdam iam labi desinentes aquas Hadrianus papa primus restituit, praesertim aquā Iuliam a. xii. lapide/uia latina/restituit & aquam Claudiam cuius aquae partem in baptisterium lateranum deriuauit. Restituit & aquā uirginem, & quosdam magna impensa aquaeductus uetustate & hostium maleficio collapsos/Alsietinum ex lacu alsietino uia claudia milliario. xiiii. ab Augusto antea in hortos, & Naumachias in transtyberinam regionē deductum/q; esset insalubris/Restituit & Sabatinā

Formarum ruina unde.

Theodoricus rex.

Hadrianus Papa prim⁹.

a Sabatino Angulariæ lacu. Cuius aqua idē Pontifex in basilicam. S. Petri ad usum Sacerdotum, & lauandos pauperum pedes in cœna domini. Quarum quidem aquaꝗ adhuc extant duæ ruinosæ formæ extra portam. S. pancratii a dextris nunc/& sinistris eius uiæ, fuerunt & aliæ uel ab inuentoribus, uel ab his qui eas deduxerunt/nuncupatæ, ut Aurelia Traiana/a Traiano inuenta, & deducta/septiminiana a septimio/ Alsietina a Claudio ces. Drusia a druso, Alexandrina ab Alexandro inuenta/& deducta. Iulia ab Aureliano. A colore ut Cerulea/a tepore/ut Tepula, ab algore/ut alsietina, a loco, ut Ciminia / Sabatina. Scaturit adhuc in uelabro fons aquæ Iuturnæ, quæ olim faciebat lacum in foro, iuxta templum uestæ, ubi nunc est ædis. S. Siluestri in lacu / siue S. Mariæ liberatricis, quæ de rotto aquæductu hodie in foro boario profundo scaturit fonte ad usum lauandi tantum. Hæc aqua apud ueteres habebatur saluberrima de qua. M. Varro. Nympha inquit Iuturna, quæ iuuaret, itaꝗ multi ægroti propter id nomen aquam petere solent, Habet præterea urbs Roma, ut ubicunꝗ terra altius effodit statim uis aquæ ingens scaturit/intra urbem potu ingrata, extra urbem uero potabilis.

Aquarum nomina.

Fons Iuturnæ.

Nympha Iuturna.

De Thermis & earum Conditoribus.

¶Thermæ originem habent græcam, quia calida erant loca, capacissimaꝗ pauimentata/& concamerata lauandi, sudâdiue usibus cōstituta porticus: & areç amplissimę, & expatiantia tecta, contignationes: pauimenta, & lithostrota diuersoꝝ marmorum nitore conspicua, & opere tectorio, uel marmoreis tabellis incrustati parietes, ubi columnæ amplissimę ingentes absidas sustinebant, grandi mole, profusissimo sumptu, latis specularibus, ueteri structura/atꝗ arte cōstitutæ, ut adhuc in thermis diocletianis spectare licet. fiebant autem potius ad ostētationem/ q̄ ad lauandi usum tam in sano opere, in modumꝗ prouinciarum extruebantur Nam in principio balnea tantum, & lauacra in usu erant, ut scribit Vitruuius. Thermę autem posteritatis causa a principibus cōdebantur. Nam pro magna parte ab Imperatoribus constructæ sunt. Cum non ante id tempus ante auroram paterent, & cludebantur ante solis occasum. Postea omnibus horis, magna cum rerum licentia, & lasciuia, ubi promiscuę lauabantur, ac septies in die. ubi etiam comedebant, & bibebāt, ut de Cōmodo Imp. scribit Iul. Capitolinus, cū antea separatim, postea confuse lauabantur. Quibus publicatæ siluæ, & oleū ad lumina gratuitū. fuerunt enim thermæ in urbe celebres Agrippinæ

Thermarū ornamenta.

Neronianę, Alexandrinæ, Titianæ, Diocletianę, Cõstantianæ, Gordianæ, Traianę, Cõmodianæ, Decianę, Nouatianæ, Olympiadis, Septimianæ, Varianæ, Syrianę, Aurelianæ, Hadrianæ, Philippi. In quas p eminentissimos aquæductus aquę influebant.

Thermaru nomina.

De Thermis Aggrippinis & earum ornamentis.

¶ M. Agrippa inquit Plynius rusticitati, q̃ deliciis proprior unicũq; felicitatis exemplum, multa, & egregia in urbe perfecit opera Augusto eius socero imperante. Idem Thermas de suo nomine excitauit, quarũ hodie magna extant uestigia, post pãtheon ueluti eius tẽpli appẽdices a frõte Mineruę, uersus meridiẽ/ Quas lithostroto, & Encausto pinxit, Arcus & pauimẽta ex uitro posuit, de quibus idem plynius lithostrota inquit, & pauimẽta ceptauere iã sub Sylla/ paruulis certe crustis, extatq; hodie/ qd' fortunę pnestę fecit, pulsa deinde ex humo pauimenta in Cameras trãsiuere ut pronũ uitiũ, & hoc certũ inuẽtũ ab Agrippa in thermis, quas romę fecit. figlinũ opus encausto pinxit, reliqua albaria ornauit, nõ dubie uitreas factur us cameras si prius inuentum fuisset.

De thermis Neronianis, & Alexandrinis.

¶ Post propinquã. S. Eustachii ædem exstãt magna, & ruinosa ędificia Thermaꝝ olim Neronis, & Alexãdri Imp. & habebant magnũ ambitum, Martialis. Quid Nerone peius? quid thermis melius neronianis. Quas nõ nulli tradũt ab Alexãdro instauratas. Lampridius uero nouas iuxta illas extructas scribit, cũ inquit/ Thermas fecit iuxta neronianas, ad quas inducta est aqua, quę Alexãdrina nunc dr̃, Nemus thermis suis/ quas emerat/ dirutis ædificiis fecit, pulcherrimũ fere oĩum artiũ uectigal instituit, ex eoq; iussit thermas/ & quas ipse fundauerat/ & superiores; populi usui exhiberi/ siluas & in thermis publicis deputauit; addidit & oleũ luminibus thermaꝝ/ cũ antea nõ ante aurorã paterent. & ante solis occasum clauderentur. eas putant fuisse ubi nũc est hospitale nationis gallicæ, & palatium generosæ domus Medices/ quæ nostra memoria genuit Leonẽ. x. & Clementẽ. vii. Pont. max. argumẽto q; proximus campus agonis superiore sæculo dicebatur Circus Alexãdri iuxta platẽã longombardoꝝ/ quæ hodie antiquato priore uocabulo dicitur platea medices. fuerunt olim iuxta thermas neronianas thermę Hadriani/ ut scribit. P. Victor.

De Thermis Antoninianis, & earũ structura.

¶ In regione piscinę publicæ in cliuo montis auentini iuxta sanctum Sixtum, & sanctam Balbinam surgunt adhuc magna ac semi diruta

ædificia thermarum antoniniarum & occupabāt magnum spatium a superiore planitie usq; ad ꝓxima urbis mœnia. Quē locū romani hodie corrupto uocabulo antignanū uocant/Quas Ant. bassianus cognomēto Caracalla cępit/Alexander seuerus absoluit multis olim ornamentis perspicuas. de quibus Aelius Spartianus Opera inquit romæ reliquit thermas nominis sui/Quarum solearem architecti negant posse ulla ratione fieri/nisi qua facta est/nā ex ære & Cupro Cancelli subpositi esse dicuntur/quibus Cameratio tota credita est / ad quas olim deducebāt ductus ille aquarum/qui transit intra portam capenam. nam Thermę ex aquæductibus aquas excipiebant.

De thermis Titianis, & earum laxitate.

In prima parte Exquiliarum iuxta colosseum/et busta gallica Auspicabantur thermæ Titi Imp. quæ occupabant totum fere montis huius ambitum/ubi nunc est templum. S. petri a uinculis Quarū hodie tantū ruinæ extant, ubi antea fuerat domus aurea Neronis. Martialis Hic ubi miramur uelocia munera thermas Abstulerat miseris tecta superbus ager. Nā eas Titus mira celeritate absoluit/ut scribit Tranquillus cum inquit Amphitheatro dedicato, thermisq; iuxta celeriter extructis munus dedit apparatissimum/largissimūq;. Extant hodie subterraneę Cisternæ/quas Capaces & septem salas uocant mirabili structura compactas: ubi aquæ seruabantur / iuxta quas nuperrime inuentus est in subterranea crypta seruatus laocoon uirgilianus cum duobus filiis ex uno marmore, Quod opus plynius inter miranda opera commemorat dicens: In domo Titi esse opus omnibus/& picturæ/& statuariæ pręponendum ex uno lapide, quod de consilii sententia fecere summi artifices Agesander/Polydorus, & Artemidorus rhodii Quæ hodie simulachra sunt in uaticano.

De Thermis Traiani, & Philippi Imp.

Supra thermas Titianas iuxta. S. Martinum in montibus fuerunt olim thermæ Traiani Imp. ubi nuperrime duæ statuæ Antinoi pueri Hadriano Imp. dilectissimi repertę/summę pulchritudinis/iussu ipsius hadriani antea conditę/unde locus usq; in hodiernum diem hadrianellus nūcupatur. Eas statuas Leo. x. in uaticano collocauit Cæterā huius montis partem uersus orientem occupabant Thermæ Philippi Imp. Quarum hodie quędam uestigia apparēt in supercilio montis: qui plurimus imminet templo. S. Matthei in merulana.

De Thermis Gordiani Imp.

¶ Haud procul hinc vltra Trophaea. C. Marii: iuxta templum. S. Eusebii/sub proximo/qui surgit a sinistris colle fuisse olim tradunt Thermas/ac domum Gordiani Imp. Quarum meĩt Iul. Capitoli/nus cum inquit/domus Gordianorum etiam nunc extat via prꝯne/stina ducentas colũnas vno stilo habẽs/& thermas/quales pꝯter vr/bẽ nusquá hẽret orbis terrarũ. & alibi ita scriptũ est/Opera Gordiani Romae nulla extãt/pꝯter quaedam nymphaea/& ba neas: sed balneae priuatis hoĩb⁹ fuisse dicuntur: & ab eo in vsum priuatũ exornatę sunt. credũtur eius thermę fuisse extra vrbem nymphaea & balneae in vrbe.

De thermis Diocletiani, & Maximiani Imp.

¶ Extant hodie inter Exquilias, & Quirinalem, iuxta aedem .S. Susannae alta thermarum aedificia Diocletiani, & Maximiani hercu lei Imp. quę nunc corrupto vocabulo pronunciãtur a vulgo, Inchoatae a veteribus prĩcipibus, Consecratae tamen a nouis Augustis Cõ/stantio/& Maximiano sub nomine Diocletiani/qui inchoatũ opus absoluerunt/cum omni cultu perfectum. Secuti principes posuere ibi statuas & seniorum, & nouorum Imp. Quorum capita, & fragmẽn/ta aliqua corporũ eruta e subterranea testudine, velut ibi post ruinas/thermarum seruata/partim in capitolium delata, partim florentiam missa sunt, Extant adhuc altissimi fornices/& Colũnae amplissimae, & sphęricę circunquaq; concameratae q; aedes mirae amplitudinis & capacitatis. Extãt & subterraneę Cisternae (sicut in thermis Titi) qui locus hodie ab imperito vulgo dicitur veges thermarum, Sunt autẽ hae thermae/praeter Antoninianas/omniũ amplissimae/ac minus lęsae ad quod opus extruendum tradunt Diocletianum/vna cum Maxi/miano ad (xl. M. il. Christianorum per multos annos dãdauisse, fuit autem Diocletianus Christiani nominis infensissimus.

De thermis nouatianis & olympiadis.

¶ In cliuo viminalis, in vico patritricio/vbi nunc est aedis. S. pudẽ/tianae fuerunt olim thermae nouatianae, quam aedem Pius papa prim⁹ excitauit rogatu sororis eius praxedis quae vltima ad fratris sui Noua ti thermas in vico patricio templũ constituit. Extant ibi adhuc ther/marum pauimẽta/vbi & paruum apostoli Petri sacellum magnę ve/nerationis. Haud procul hinc in dorso montis/vbi ẽ templũ. S. Lau/rentii palipernae fuerunt Thermae Olympiadis. & lauacrum agrip/pinae matris Neronis Imp. sunt enim in eo ambitu multa circũqua/q; antiquitatum ruinosa vestigia.

De thermis Constantinianis.

Extant & in dorso Quirinalis qui nunc dicitur mons Caballus/ vbi caballi surgunt marmorei, magna vestigia thermarum Constantini Imp. Quas ipse extruxit/ vt scribit Apollodorus, & Amianus, Marcellinus/ argumento sunt tres eius marmoreę statuę cum titulis eius nominis/ ad eius thermas. In quibus olim talis apposita inscriptio erat, Petronius perpēna Quadratianus. V. C. & illustris praef. vrb. Constantinianas thermas longa incuria, & abolēdae ciuilis/ vel potius feralis cladis nastatione vehemēter afflictas, ita vt agnitione sua ex omni parte perdita/ desperationem cunctis reparationis adferret deputato ab amplissimo ordine paruo sumptu quātum publicę patiebanť angustiae ab extremo vindicauit & prouisione longissima in pristinam faciem splendorem q; restituit.

De thermis Domitiani Imp. & ceteris thermis & lauacris.

Tradūt & Domitiani Imp. thermas fuisse olim, vbi nūc est templum/ & monasterium. S. Siluestri im merito campo/ haud longe ab arcu tripolis/ quem eius principis fuisse aiunt vbi etiam thermarum signa quędam circum quaq; apparent argumento afferunt q; ante hos annos erutae tegulae cum litteris maioribus & minorib⁹, vbi impressę notae a figulis legebantur Domitiana maior pars: Domitiana minor: fuerunt & thermae decianae in auentino, quas S. P. Q. R. in honorem Decii/ Imp. condidit, vbi & Varianae, & Syriacę fuerūt & commodianae/ & Seuerianae in regione portę capenae/ fuerunt & Aurelianae transtyberim, quas hiemales fecit. Erant & balnea, & lauacra/ & piscinae lauandi causa, vbi populus versabatur/ vt piscina publica. Martialis piscinam peto, non licet natare. Cicero lationem inquit piscinam voluissem/ vbi iactata brachia non offenderentur, Idem ad Terentiam vxorem/ labrum in balneo esse monet. Erant preterea in thermis laconica ad sudandum sicco vapore. Martialis ita scribit Ritus si placeat tibi laconum/ Contentus potes arido vapore, Cruda aut virgine/ martia/ ue/ mergi. Erāt & nymphae regia balnea/ vt nympheum Iouis/ & alexandri seueri. Fuerunt enim vndecim in vrbe nymphęa.

DE NAVMACHIIS

Naumachiae loca erant apud veteres manufacta instar lacunarum vbi spectandi gratia naualis pugnae simulacra fiebant ad execranda iuuenum tyrocinia/ qui liscerent etiam in aquis/ si opus esset, cum

hostibus pugnare/nam huiusmodi stagna pro tempore fiebant / non nunquã & in Circis vt in Circo max. vbi & equestres & nauales pu/gnæ fieri vicissim consueuerant. Interdũ vero in amphitheatris. Sue/tonius in Domitiano pręliũ duplex inquit equestre/& pedestre cõmi/sit atq; in Amphitheatro nauale quoq;/Naumachiæ plures olim fue/re/vna in campo martio ab Augusto constituta, de qua Tranquillus fecit inquit nauale prælium circa tyberim cauato solo in quo Cęsarũ nemus ẽ. Dubium an in ripa tyberis an sub colle hortulorũ, vbi nũc magna concauitas/& locus paludosus sub templo. S. trinitatis / vbi spectaculorum signa extant aut ad hunc/aut quẽuis aliũ spectãdi vsum e proximo colle/erant in ea planitie inter collẽ & viam flam. horti & nemora/ Vnde Strabo addidit inquit hortos & nemora locus adhuc hortulorum retinet nomen, & nunc ab incolis vulgo vocatur horta/lia. vnde proximus collis hortulorũ ab eis hortis (vt creditur) nomẽ accepit. fuit pręterea Domitiani naumachia, quam eodẽ in loco. vbi augusti prius/postea instaurata credi par est de qua Suetonius fecit in/quit Stadium Methodium/& Naumachiam/e cuius postea lapide max. circus adustis vtrimq; lateribus extructus/& paulo superius ita tradit/ ædidit & nauales pugnas iustarũ classium effosso/& circũstru/cto circa tyberim lacu/atq; in thermis imbres prospectauit. Dubium vtrum naumachiam/& lacum vnum & idem/vno in loco/an sepata/tum fuerit stagnũ, & diuersum a Naumachia. fuit & Neronis in vati/cano ex marinis aquis naumachia, vbi Caii, & Neronis circus. fuit & Iulii cęs alia transtyberim/in eius hortis. Ttranquillus in tiberio ita tradit is oĩno toto secessus tempore romam redire conatus semel triremi vsq; ad proximos naumachiæ hortos subuectus est/ disposita statione per ripas tyberis/quę obuiam prodeuntes submoueret.

De Cloacis & earum structura.

Cloacas ĩ vrbe plures apud veteres fuisse cõstat, sed vnã maximã in foro, in qua cluacinæ simulachrũ repertũ Tatius cõsecrauit, & quia cuius eẽt effigies ignorabat/ex loco illi nomẽ ĩposuit. Cloacã inquit festus a cloacando.i. inquinando/vel a colando.i. fluendo. Vlpianus vero iurecõsultus a colluẽdo dictã tradit cũ inquit cloaca locus ẽ cauus per quẽ Colluuies fluit ad Ciuitatum salutarem tutelam pertinẽs/vt reficiantur: purgenturq;/nam cęlũ pestilẽs & ruinã minãtur ĩmũditiæ Cloacarum. Cloacas primus ĩ vrbe fecit Tarquinius prisc9, cõualles palu/stres exiccauit ducẽs inde fossas ingẽtis altitudinis ad tyberĩ, & saxorum

Cloca maxia
Cluacinæ simu
lachrum.
Cloaca vnde?

Tarquinius p/
scu primus in
vrbe Cloacas
fecit.

molibus muniuit, vt æternum esset opus, Quæ adeo firmę fuerunt, vt immēsa ædificia supra sustinerēt, Iuncturę saxorū adeo apte coherent, vt intuētiū oculos fallant Liuius libro primo ab v.c Tarquinius inquit foros in circo faciendos curauit. & Cloacam, quę maxima receptaculum omnium purgamentorum vrbis sub terra agēdam, quibus operib' vix noua hæc magnificētia quicquā æquare potest. Plynius Durant inquit a Tarquinio prisco prope in expugnabiles / non omittendo memorabili exemplo, cum id opus ex plebis manib' faceret / esset q̃ labor (incertum) longior, an periculosior, passim cōscita morte Quiritibus tędium fugientibus, vanum, & in excogitatū ante remedium ille rex, attulit vt omnium ita defunctorum crucibus spectanda corpora figeret, Quam obrem pudor romani nominis proprius qui sæpe rem seruauit in prælijs / tunc quoq̃ subuenit. Amplitudinē Cauis ea fecisse ꝓdit, vt vehem fœni lōge onustā trāsmitteret / postea per totam vrbem factas idem auctor tradit. M. Cato, & Val. flaccus censores Cloacas in auentino, & in alijs partibus, qua nōdum erant, faciēdas locauere. pręterea cloacas operum omnium dictu maximū / suffossis montib', vrbe pensili, subterq̃ nauigata id. M. Agrippa fecit in ædilitate post cōsulatum corriuatis per meatum septē annibus cursu precipiti torrentium modo auferre omnia coactis. Strabo libro. v. ita scribit. Romani maxime aīaduerterūt / quod gręci parui fecernnt Strata viarum, aquæductus, Cloacas, quib' ciuitatis sordes in tyberim eluerētur. Tanta autem per aquæductus aquarum vbertas influit / vt per vrbem atq̃ cloacas anēs inundare videatur, & vniuersę propemodum ædes subterraneos meat' / siphones ad fistulas vndosas habeant, Quarum accuratissimam diligentiam. M. Agrippa egit, qui vrbem plurimis ornamētis adornauit, qui Cloacas prope oēs instaurauit plerasq̃ nouas extruxit, extat pręcipua iuxta pantheon quę totam illuiem vrbis nunc romę in tyberim subuectat cōtra insulam tyberinam. Purgationes olim Cloacarum censores olitoribus vendebant mille talētis illud enim fimum facile superat omnē stercorationem. Habebant pręterea Cloacę suos curatores vt inuent' lapis iuxta pontem fixum ostēdit qui nunc ē ante ædes. D. Vincētii rustici patricii ro. cum hac inscriptiōe Ex auctoritate Cæs. diui traiani parthici f. diui Neruæ nepotis Traiani hadriani aug. pōtif. max. trib. potest. v. Imp. iiii. cos. iii. Messius rusticus curator aluei & riparum R.R. Tiberis, & cloacarum vrbis restituit secundū pręcedentem termina/

tionem proximi. Cipp. P. CXVS.

De Vico tusco/& eius Ambitu.

¶Quicquid campi iacet inter Capitolium palatium, & Auentinum, & tyberim dicebatur olim uicus tuscus a tuscis colonis primũ habitatus, ubi principiũ, & in cunabula antiquæ urbis fuisse dicuntur. Unde Propertius. At tu roma meis tribuisti mœnia tuscis: Unde hodie tuscus nomina uicus habet. Dicebatur etiam (ut quidã tradũt) Campus argeus ab Argo Euandri hospite, uel ab Argiuo hercule, & libyssus ꝙ primum ex libya illuc frumẽtum aduectũ est, facies tũc agri huius instar arcus erat/cuius chorda esset alueus tyberis Cornua ad solis ortum, rupes auentina, ad occasum capitolina, media palatina, a fronte prospicit, a sinistris Cęlio, a dextris exquilino iũgitur. Auentinus itẽ a fronte tyberim, & capenã tenet ad dexteram Cęliolo hęret, Capitoliũ ante se, & portã Carmentalẽ cernit, hæret illi Quirinalis, has rupes antiqui septem montes appellauere. Area huius arcus est quicquid campi iacet inter Auentinũ & Capitoliũ, & a palatio ad tyberim paludes plures eo passim tyberina inundatio efficiebat, quę hãc aream non satis idoneã habitationi reddebat antequam factis Vortunno sacrificiis in alueum suum tyberis reuerteretur. Cum concessisset naturæ Cælius, & Galeritus rex hetruriæ successisset, consensu tribuum, ab eo tota arcus area septem collibus urbis adiacens Tuscis data est, egestisq; paludibus habitabilis reddita, & uicus tuscus dicta. Ex hetruria Larentia oriunda, & nupta prius uiro tusco Faustulo, & deinde hetrusco Tarrutio, hæc regio ueteris septicollis. Porro in area hæc nomina sunt, libyssus. Circus max. forum transitorium/ Argiletus superior, argiletus imus, uia sacra, Senatulum, Concordia, Græcostasis, ædes Saturni. Verrunnus, qui & Ianus quadrifrons, forum boarium, uicus longus, Arniensis. Stellatinus Sabatinus larcellianus, qui & ueiens, & faliscus. Quorum cognomina a tuscis sunt commigrantibus in Ciuitatem ro. Item herculis ara, ubi Olympus, & initium sacri aratri iunctim a germalia ad uiam sacram, unde & nominis origo, forum piscarium. Porta Carmentalis, Aedis pudicitiæ, rotunda Herculis, forum uenalium, Lacus Curtius/Subura, Suburbanum. Saturnia, ubi nunc

Campus argeus & libyssus.

Figura huius campi.

Area huius campi

Vortunnus

Larentia. Faustulus. Tarrutius.

Argiletus.

Nomina a Tuscis deducta.

est eius ædis, atq; ærarium. M. Varro ita scribit in suburanæ regionis parte princeps est Cælius mons a cælio uibeno tusco nobili / qui sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra sabinum regem post Cælii obitum / quod nimis loca munita tenerent, neq; sine suspitione essent, deducti dicũtur in planum / ab eis dictus uicus tuscus, & ideo ibi uortunnum stare / q; is deus est hetruriæ princeps. Signũ autem uortũni erat in ultimo uico turario sub basilicæ angulo de ce leritiis quia suspitione liberi / traductos uolunt in eum locum, qui uocatur Cæliolus. In uico tusco tractabantur olim Serica Martia / lis. Nec nisi prima uelit de tusco uellera uico. Item uestium bombycinarum textura commendabatur, & lanarum uellera. Iuuenalis. Et uellere tusco uexatæ / duræq; manus, ubi etiam unguentarii consistebant. Fuerunt uici sine numero / quos longum esset omnes nunc describere. Quorum clari, præter hunc, Vicus patricius in Exquiliis / de quo suo loco dixi. Item uicus Cyprius iuxta carinas / Cypron enim Sabini bonum uocant, qui illic consederunt boni ominis causa, cui postea sceleratus nomen fuit. ob scelus Tulliæ uxoris Tarquinii Superbi in patrem tullium. nota est historia apud Liuium. fuit & uicus Africus / q; illuc ex africa diuertebant hospites. Vicus Iugarius uel q; ibi iuga boum suspendebantur: uel ab ara Iunonis iugæ, q; nuptiis præesset, & matrimonia iungere putaretur. Vicus sobrius q; ibi non uino, sed lacte Mercurio sacrificaretur. Vicus longus a longitudine, Vicus sandalarius a sandaliis calciamenti genere: uel q; ibi apollinis simulacrum Sandalia haberet. Fuerunt præterea Cliui, ut Cliuus publicus, Cliuus Capitolinus. Cliuus palatinus. Cliuus publicius / urbicus, Suburanus. Cliuus Scauri & plures alii quorum meminit. P. Victor in regionibus.

Signũ uortunni. Quæ in uico tusco uẽdebantur. Vicorũ nomina. Cliuorũ nomina.

De Foris priscæ urbis & eorum conditoribus.

¶ Sed quoniam urbis olim fora in hoc ambitu circa Capitolium, & palatium fuerunt congruum uidetur in hoc loco de eorum ornamentis differere. Fuerunt autem apud ueteres fora. XVII. Romanum, Boarium, Olitorium piscarium, ænobarbi, Neruæ, quod et transitorium dicitur, Traiani, Suarium, Archimonium. Salustii / Diocletiani / pistoriũ, forũ diui Cæs. forum Augusti / Rusticorum, Cupedinis / palladium. Exquilinum. Quæ a nominibus conditorũ

Fororũ numerus et nomina.

magna ex parte dicta sunt, Prima autem fora extitere iudiciale, & Venale. Propter causas & obsonia. Forum autem a ferendo dictum scribit Varro. quomodo uero ea constituenda sint docet Vitruuius libro. v. ita tradens Igitur circum spectacula spatiosiora inter colũnia circaq; in porticibus argentariȩ tabernæ, Mȩnianaq; superioribus coassationibus collocentur, quæ ad usum, & uectigalia publica recte erũt disposita, magnitudinesq; ad copiam hominum oportere fieri. Oblongaq; erit eius formatio more latino, nã græci quadratam constituunt, ac primum de foro ro. quod uetustate dignitate amplitudine cæteris præstat, dicendum puto.

Fora prima iudiciale & venale.

Eorũ forma

De foro ro. & eius ornamentis

¶Forum ro. omnium uetustatissimũ, & ornatissimum/inter Capitolium, & palatium montes fuisse olim satis constat. Pulcherrima habuit ornamenta, & multa tẽpla ornatissima, & in primis Rostra populi ro. ad radices palatii, quæ prima fabricata fuerunt ex rostris nauium Antiatium/quas Romani cȩperunt, Liuius Naues inquit Antiatium in Naualia romæ subductæ partim incẽsæ, rostrisq; earũ Suggestum in foro extructum, adornari placuit, Rostraq; id templum appellatum: fuerunt noua, & uetera, Suetonius in funere Augusti bifariam inquit laudatus pro æde diui Iulii a Tiberio/& pro rostris ueteribus a Druso filio/unde Rostra, quæ prope iuncta fuerant/in alium locum translata sunt. Rostra inquit Pedianus non eo loco tunc fuisse/quo nunc sunt, cum crematum est corpus. P. Clodii, sed ad Comitium prope iunctum Curiæ. Ante rostra etiam ut idem scribit auctor/fuit aurea Syllæ imago. Imaginem eius ex auro equestrem posuere, inscripseruntq; Cor. Syllæ Imperatori fortunato, erat & statua herculis tunicati habitu ȩleo: facie torua/titulo subscripta. L. Lucullus Imperator de manubiis hostiũ dedicauit. Vnde ex his rostris per excellentiã omnia huiusmodi sedilia appellata sunt ubiq; rostra. sicut palatia a palatio ro. ubi reges prius & cæteri magni uiri ac principes consederunt. In foro etiam ro. Numa Pompilius suscepto Imperio templum Vestæ iuxta suam regiam struxit, ubi erat sacer lucus. sicut ante apud Albam Cicero Lucus inquit Vestæ ad radices palatii, deuexus in uiam nouam Custodiam q; sacrorum/idem Rex lege patria latinorum per uirgines fieri instituit/ut tradit Liuius. Aedis autem Vestæ

Fori ro. ornamenta.

Rostra po. ro. ex rostris nauium.
Suggestũ.
Rostra vetera & noua.

Aurea Syllæ imago equestris in foro.

Tẽplũ vestȩ
Lucus sacer

posita erat sub palatio, & nunc ex parte inferiore proxima est eccle/sia sancti Siluestri in lacu, siue. S. Mariæ liberatricis. Argumento sunt sepulchra cum inscriptionibus Vestalium ante hos annos illic eruta/numero. xii. & eo amplius/ex quibus duo tantum maximarũ describenda curaui. Fl. Maniliæ, & Clęliæ Claudianę.

ædis. S. Siluestri ĩ lacu

Epitaphium Fl. Man. Vest.

¶FL. MANILIAE VV MAX. CVIVS EGREGIAM SANCTIMONIAM ET VENERABILEM MORVM DISCIPLINAM IN DEOS QVOQ. PERVIGILEM ADMINISTRATIONEM SENATVS LAVDANDO COMPROBAVIT AIMILIVS FRATER ET RVFINVS FRATER ET FLAVII SILVANVS ET HIRENEVS SORORIS FILII A MILITIIS OB EXIMIAM ERGA SE PIETATEM PRAESTANTIAMQ.

Vestalium Epitaphia.

Epitaphium Clæliæ CL. VV.

¶Clæliæ Claudianæ. VV. MAX. religiosissimæ benignissimęq; cuius ritus & plenam sacrorum erga deos administrationem urbis æternę Laudebus. SS. Combroba Octauia honorata. VV. diuinis eius admonitib9 semp ꝓuecta: ubi a latere erat. ¶Collocata. xii. Cal. April. XC. Aufidio Attico, & C. Alsinio pretextato COSS. Cõstat autem templum uestæ spericum fuisse, absoluta forma, instar pilæ sine angulo de industria ita conditum in terræ speciem absolutam. Ouidius in fastis. Terra pilę similis, nullo fulcimine nixa, Aere sub/iecto tam graue pendet onus. Stat ui terra sua, ui stando uesta uocatur, & rursus. Nil aliud uestam q̃ puram intellige flammam/ Nataq; de flamma corpora nulla uides. In ęde uestæ seruabatur perpe/tuus ignis ad similitudinem Solis, & Siderum perpetuæ lucis. Qui quoties extinguebatur/nouũ/accẽsa ex sole flamma pura elici opor/tebat: siue ut tradit Festus Ignis uestę si quando interstinctus esset/ Virgines uerberibus afficiebantur a pontifice, quibus mos erat ta/bulam felicis materię tam diu uerberare quousq; acceptũ ignem cribro æreo uirgo in ędem ferret. Sacra uestę primus in Italiã æneas tulit. Virgilius Aeternũq; adytis effert penetralibus ignẽ. In templo uestę palladiũ & sacra Romanorũ sub uirginũ custodia seruabãt. ve/stales tẽpli custodes legit quatuor Numa rex: easq; auctore Plutar/cho uirgines sacrauit Geganiã/Beroniã/Camillã, & Tarpeiã, Duas

Templum vestæ sphæricum absoluta forma ĩ modũ pilæ.

Perpetuus ignis in ęde vestæ.

Sacra vestæ palladium. Vestales. iiii postea sex fuerũt & hic numerus mansit.

deinde teste Dionysio addidit Tarquinius priscus/ quia non uidebantur quatuor sufficere sacrificiis faciendis pro urbe ro. quibus opus erat/adesse uestales, quæ postea fuerunt sex. Et is numerus mãsit / ut quælibet tunc regio suam haberet uestalem quoniam tunc in sex regiones diuisa erat urbs. Incipiente Tarquinio secuti sunt reges cæteri. Idem primus inuenit supplicia / quibus a pontifice punirentur ob incustoditam uirginitatem, Depręhensa una regnante eo Sacerdos quædam Pinaria publii filia interueniens non casta sacris. Solæq; uestales (quoniam feminæ erant) ad sustentandam uitam fructus habebant de publico, usq; ad tempora Theodosii Imperatoris. Cæteri uero sacerdotes uiuebant ex suis fortunis. Vestalis erat matrima, & patrima/cuius parentes domiciliũ in Italia habebant. facultas erat uestalibus nubere post tricesimum annum; quo adscriptæ erant templo / quæ nupserunt infortunatæ, uelut exacrabiles fuerunt/ Vestalis non accipiebatur a Pontifice minor sex annis, & maior decem / ut scribit Antistius labeo. triginta annos erant in templo/ Decem primis annis erudiebatur ad sacra, decem secundis erat ministra. postremis decem præsidebat: prima uestalium uocabatur maxima. sicut hodie apud nos abatissa. Adeo gratum & uenerabile populo ro. id sacerdotium/ ut sacrosanctæ haberentur / & concordiam inter Ciues sola ex auctoritate uestalium facerent. Cum a Pontifice uestalis eligebatur appellabatur Amata, ab illa prima electa, quæ Amata uocabatur. De incestu & Supplicio uestalium satis multa Plutarchus in Camillo. ædem uestæ bonæ deæ, & Cereris uiri non ingrediebantur, quamuis a uiris ædificarentur. Ea uero pars palatini montis supra templum uestæ, quæ maximè spectat forum ro. uocabatur Vellia/ de qua. M. Varro ita inquit Vellia unde esset plures accepi causas/ In queis / ꝙ ibi eundem hunc locum a pecore dictum putant/ ꝙ ibi pastores olim palatini ante tonsuram inuentam / uellere lanam sint soliti / ex quo uellera dicuntur. unde a uellendo Vellia dicta. In uellia apud ædem deum penatium Germalum a germanis Romulo/ & Remo dictum. In uellia pręterea prius habitauit Val publicola/ q ędes in summo loco sitas demolitus ob affectati regni suspitionẽ/ad inferiora fori loca habitãda se cõtulit translata illuc materia/habitauitq; in uico publico/ut scribit Liuius

Vestalium supplicia.

Pinaria uestalis. P. filia stupro depręhensa.

Vestalis matrima & patrima.

Nubẽdi facultas uestalibus post xxx. annos.

Vestalis adceptio.

Vestaliũ prima uocabaẽ maxima.

Vestalis nomen amata.

pars palatini montis quæ forum spectat dicta ẽ. Vellia a uellendo.

Germalũ a germanis.

Domus Catulli & Catilinæ.

Eadem montis pars habuit Domum Catulli, & Catilinæ. In eiusdē montis cliuo ante ædem nunc Cosmæ & Damiani fuit olim templū deorum penatium, de quo Dionysius libro primo. Templum romę inquit ostenditur haud procul a foro, ualde tenebrosum extructum non magnum, in hoc sitæ sunt Deorum troianorum imagines, quas omnibus fas est uidere in inscriptione habētes DII PENATES. Sunt enim adolescentes duo sedentes pilam tenentes ueteris artis opera, multaq; alia deorum istorum simulacra in uetustis templis, & in omnibus iuuenes militari habitu apparēt. Erāt enim custodes urbis, Cicero pro. P. Sylla. Dii patrii/ & penates, Qui huic urbi/& huic Imperio præsidetis: qui hoc imperium: hanc libertatem po. ro. Qui hæc tecta, hæc templa me consule/uestro numine, auxilioq; ser uastis. Testor. &. C. fuit præterea in media parte ro. Lacus Curtius/ & hiatus terræ profundissimus: quem in locum Curtius quidam a postulione postulatus equo insidens armatusq; pro populi salute se deiecit. Hoc facto statim hiatus terræ in solidam terram rediit, & pestem, per quā se deuouerat, euanuit/ut scribit Liuius. Val. Max. Repentinum inquit & Curtii adolescentis nobilis in media parte fori præcipitio consolidatum / ubi magna postea decora fulserunt, Nullum tamen hodie pietate Curtii erga patriam clarius obseruatē exemplum. Ouidius in fastis. Curtius ille lacus siccas qui sustinet undus: Nunc solida est tellus, sed fuit ante lacus.

Templū deorū penatiū.

Forma deorū penatiū.

Lacus Curtius.

Curtium sabinum quendam militem fuisse, & dum iuxta eum locū bellum gereretur, in paludibus latuisse, anteq̄ cloacæ essent factæ, Quidam uero tradunt eum locum fuisse fulguritum, & ex. S. C. sep/ tum iubente Curtio Cos. fuit præterea in parte fori ad radices pala/ tii templum Castoris, & pollucis iuxta iuturnæ fontem/ & templū Vestæ/extant magna eius ædis ædificia iuxta ponticulum lapideū, ubi nuper effossa marmora cum inscriptionibus. Quod templum communi titulo dedicatum sub nomine tantum Castoris dicebatur Hac de causa ibi conditum Nam cum. A. Posthumius dictator ut scribit Cæcilius, apud Regillum lacum cum hostibus conflictasset, ac uictore xisteret, duo iuuenes candidis equis insigni uirtute ibi apparuerunt, quos dictator quæsitos, ut dignis eos muneribus ho/ noraret, non repperit. Castorem, & pollucem ratus, communi titulo dedicauit Ouidius li. primo fast. Fratribus illa dies, fratres de gēte

Aedis Castoris & Pollucis. ad lacū Iuturnę.

A. Posthumius dictator.

deorum, Iuxta Iuturnæ composuere lacus, Eos fuisse adolescentes scribit Dionysius proceros redeuntes e plio specie pugilũ, Equosq; madidos sudore adducentes, alluentesq; ad Scaturiginem quæ manat iuxta ædem Vestæ, lacum faciens profundum, paruum, multis circunstantibus discere ab eis, & eos nunciasse uictores Romanos extitisse, Castoris, & pollucis simulacra ea credidere. Srabo sic inquit Cunq; in foro Castoris, & pollucis templum ędificatum tantis uenerantur honoribus, quos uniuersi Conseruatores appellant. Cicero in. C. Verrem. de latrocinio loquor ausum esse in æde Castoris/ Quod tẽplũ in oculis/ & quotidiano aspectu po. ro. positũ est. Quo sæpenumero Senatus cõuocatur. Eius tectũ pulcherrime laqueatũ. Val. Max. libro primo Castorem inquit & pollucem etiam illo tempore pro Imperio po. ro excubuisse cognitum/ quo apud lacum Iuturnæ suum/ equorumq; sudorẽ abluisse uisi sunt. Iunctaq; fonti ædis eorum nullius hominum manu reserata patuit. Iidem etiã dii eodem in loco uictoriam de Perse Macedoniæ rege. & de bello simbrico eodem die: quo uictor extitit. C. Marius ut tradit. L. Florus. in hoc ambitu fuisse aiunt Vulcani ædem ante cuius fores pependit usq; ad incendium Gallorum Sciphus ille, in quo Romulus & Remus fuerunt expositi ad radices palatii, ubi nunc est rotunda ædis S. Theodori/ nam illuc usq; tyberis olim inferebat sinum ut scribit Propertius libro. iiii. cum inquit Hac quondam tyberinus Iter faciebat, & aiunt Remorum auditos per uada pulsa sonos. At postq̃ ille suis tantum concessit alũnis Vortunnus, uerso dicor ab amne deus idem ferme scribit Ouidius. Nam antea Tyberis (ut omnes scribunt poetæ, & historici) influebat per uelabrum/ Mutatusq; est eius alueus a Tarquinio prisco, deinde magnis saxorum molibus a M. Agrippa in utraq; ripa dispositis coartatus. & ob eã ratione positum fuit in uelabro signum Vertũni. Qui erat deus in uertendarum rerum. Expositio autem puerorum fuit in Comitio, ubi ficus rumi/nalis, qui locus postea Germalum/q; germani essent fratres, dictus est/ sub Caprifico, quam Sacerdotes seruabant, ne interiret, nam si aruisset, urbis portẽdisset excidium. Cor. Tacitus eodem inquit anno Ruminalem arborem in Comitio, quæ. D. CCXL annos Remi/ Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescẽte trunco diminutam prodigii loco habitum est, donec in nouos fœtus reui/

Castoris/ & Pollucis simulacra.

Aedis Vulcani.

Scyph⁹ vbi Romulus & Remus expositi.

Sphærica ædis. S. theodori.

Expositio puerorum i Comitio.

Ficus ruminalis.

uiſceret. Plynius etiam ita inquit ficus arbor in foro/ipſo, ac Comi-
tio/romæ nata ſacra fulguribus ibi conditis, magiſq; ob memoriam
eius, quæ nutrix fuit Romuli & Remi conditorum urbis appella-

Lupa nutrix

ta/quoniam ſub eã inuenta eſt Lupa infantibus prębens mammam
(ita enim uocabant mammam) miraculo ex ære iuxta dicata, & ad
ubera infantes. Liuius ad ficum inquit ruminalem ſimulacra infan
tium conditorum urbis ſub uberibus lupæ diſpoſuerunt. Ficus ue-
ro ruminalis dicta, uel a mãma lupæ, uel q᷑ ſub ea arbore æſtiuo tẽ-
pore pecora ruminarent. Ouidius in faſtis. Arbor erat, remanent ue
ſtigia, quæq; uocatur Romula nunc ficus rumina ficus erat, ex
qua quidem arbore picus martis pueris cibos inferebat. Ouidius li-
bro. iii. faſtorum: Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino: Et picum

Picus Martis.

expoſitis ſæpe tuliſſe cibos. nam ſub ea arbore/iuſſu Amulii expoſi
ti erant. unde ob eã cauſam & eius lac quo pro coagulo paſtores ute-
bantur in maxima eſt habita ueneratione. M. Varro, Alii inquit pro

Diuæ Rumiæ ſacellũ

coagulo addunt de fici ramo lac, ideo apud diuæ Rumiæ Sacellum
a paſtoribus ſatam ficum; ibi enim ſolent ſacrificare; lacte: nõ uino:
pro lactentibus. mammæ enim rumis, ſiue ruminare a rumi/& inde
ſubrumi dicuntur agni lactentes a lacte. Cæterum ne res tanta in
arctum coniiciatur ab Iliæ puerperio paulo altius ut clarius pateat.

Rhea ſiluia veſtalis quõ prægnãs facta eſt.

Res repetenda/ ſiue illa genii/ſiue mortalis potius compreſſu præ-
gnans facta eſt. ubi ſibi uterum turgere ſenſit / ſimulata ægritudine
in priuato ſe ſe continuit, non minus ad religionem/q̃ ad cęlandum
uterum, & ut polluto corpore ſacris abſtineret, Quã rem per fidiſſi
mum medicum Amulius ſciſcitatus, illam grauidam deprehendit,
& cuſtodes adhibuit, Alii uero ita tradunt. Cũ ea aquatum exiſſet
in lucum Martis prope Albã a genio loci cõpreſſa, Ouidius in faſt.
Siluia ueſtalis (quis enim uetat inde moueri) Sacra lauaturas inde
petebat aquas. Et quia locus Marti dicatus erat/dicunt a marte com

Romus & Remus infantes.
Ilia mr̃ in aniene ſubmerſa.
Pueri Larẽtiæ tradunt̃ educandi.

preſſam. unoq; partu ædidit infantes, quibus Ruma. i. mamma lu-
pæ nomen fecit. Alter Romulus/alter Remus appellatus eſt. Iubẽ-
te Amulio Ilia mater in Aniene ſubmerſa eſt. Infantes uero proiecti
in tyberim longius ab Alba. Fauſtulus ſubulcorum magiſter illos
cum conſpexiſſet ſugere ubera lupæ, exceptos in alueolo Larentiæ
uxori educandos dedit. Nam tyberis hiberna pluuia auctus ſtagnũ
cũ illuuie fecerat ut ſcribit. M. Varro. Locus tũc ſentibus ſqualebat,

Ex proximis collibus Lupa sitiens paulo ante fœta descendens relictis catulis ubera infantibus præbuit, quod multis uersibus scribit Ouidius lib.ii.fast. De Ilia matre discrepant inter se scriptores, De natis uero ex Ilia. L. Cincius, & Calpurnius piso scribunt infantes ipsos in alueo iacentes iubente Amulio expositos iaciẽdos in tyberim.xv.fere mil.pass.ab Alba distantem, ubi propius astiterunt, uidentesq; tyberim continuis imbribus tumentem, superatis ripis in campos effluxisse. Erat enim tybris breuibus stagnis super ripas effusus, ne adiri usquam ad iusti annis cursu; poterat. Discedentes a uertice palatii ad aquas ultimas, super aqua ipsa alueum exposuisse innatasseq; ipsu; parumper/postea recedenti paulatim ab extremis ripis riuo illisum lapidi, atq; subuersum infantes eiecisse. Nã pueri uagientes cum per eluuiem uoluerentur/lupa quædam apparet paulo ante fœta turgentibus lacte uberibus, ea submittebat ad ora puerorum/lingua quoq; cœnum abstergens quo pleni erant, Pastores adueniunt/greges agentes in pascua/uidens unus lupam conuocat illuc alios/rem ipsam spectaturos/terrentes clamore lupã ipsa sensim ab infantibus diuulsa in propinquum factum locum silua densa contectum diuertit, qui petra caua fontes emittens Saltus panos esse dicebatur, ubi erat eiusdem dei Ara, in quem locum Lupa se recipiens diuertit. Antrum uero coniũctum palatio ædificiis ostẽditur iuxta uiam qua itur ad Circum, Templumq;, ei proximum in quo est imago huius casus lupa præbens duobus ubera infantibus antiqua opera simulacra ærea, quę hodie sunt in Capitolio, ut dictum est. Faustulus uero magister regii pecoris clam omnibus (ut scribit Plutarchus) illos ex suo loco asportauit. Fuit præterea in medio foro Templum Iani, ut scribit procopius cuius ætate adhuc extabat/sed incultum, cum inquit Templum Iani in medio foro Ro. ex aduerso Capitolii paulo supra eum locum, quem nunc Romani tres parcas appellant, Erat enim Sacellum totum ex ære constitutũ/quadrata quadam dimensione locatum, tantæq; amplitudinis, q̃ta integi Iani statua poterat ænea/quinquepedalisq;, Capite dumtaxat bifrons. Altera facies orientem, Altera occidentem solem respiciens, portæ utrimq; æneę quæ pacis tempore claudebantur/instante autẽ bello aperiebantur, sed tunc incultum, propterea q; pudebat Christianos in eo templo ueteres ritus sacro; referre: & uocabatur Ianus

Puerorum expositio.

Salt. panos & eius ara. Antrũ palatio iunctum

Simulacra ęrea.lupę et infantium.

Tẽplũ Iani in medio foro ro.

Tẽplũ ęreũ non magnũ Iani statuæ tm̃ capax.

Ianus gemi nius.

Tēplū Iani ter ppud ve teres clausū

Iani templi forma inno mismatibus neronis.

Vmbilicus vrbis.

Miliarium aureum.

Colūna aurea vbi inci sæ italię vię

Colūna męnia.

Ludi gladia torii.

Cācelli fori

Męniana a mœnio.

Aedis victo riæ.

Scalę annu lariæ.

Domus Cęsaris augus.

Pila horatia

Spolia hora tiorum.

Atriū Mi nervæ.

Porticus Iu lia.

Tēplū ven. genitricis.

gemininus de quo Plynius libro. xxxv. nat. hist. ita scribit. Ianus geminius a Numa rege dicatus qui pacis / belliq; argumento colitur digitis ita figuratis ut. CCCL. dierum notam per significationem annui temporis/ & æui se deum indicat. Quod ter apud ueteres clausum fuisse memoratur/ Semel. T. Manlio. Cos. Iterum sub Cæsare Augusto, tertium Vespasiano principe. Item Ouidius ita scribit Sanguine lætifero totus miscebitur orbis: Ni teneant rigidæ condita bella feræ. Virgilius. Sunt geminæ belli portæ. Gordianus. ut tradit Iul. Capitolinus. Aperto iano gemino profectus est cōtra persas. Cuius templi forma uisitur hodie in Nomismatibus Neronis. ubi titulus/ PACE. P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Fuit præterea in capite fori ro. Vmbilicus urbis & Colūna miliaria/ siue miliarium aureum constitutum ad singulas portas, Quas ætate sua Plinius. xxiiii. fuisse ostendit. Plutarchus uero tradit fuisse colūnam auream: in qua incisæ omnes Italiæ uiæ finiunt. Quam fuisse iuxta ædem Saturni scribit Tacitus cum inquit perrexisse cohortem ad aureum militarium sub æde Saturni Ideȝ ferme tradit Plutachus in Othone. Fuit etiam in hoc ambitu Colūna męnia a Męnio sic dicta, Qui absumpto patrimonio domū uendidit, reseruata sibi una Colūna, in qua ligna proiiceret: unde gladiatorios spectaret ludos in foro. Cicero pro. P. Sextio, Venit inquit (ut scitis) ad Colūnam mœniam tātus ex omnibus spectaculis usq; a Capitolio, tantus ex fori Cancellis plausus est excitatus / ut nunq̄ maior consensio/ aut apertior po. ro. uniuersi fuisse ulla in causa diceretur. A Męniano præterea Męniana dicta constat/ Quę sunt ædificia prominentia in ædibus. Suetonius. Pauci inquit e proximis męnianis spectabant. fuit & iuxta forum ædis Victoriæ/ quam L. Volūnius ædilis. Cur. ex mulctatitia pecunia faciendam curauerat, dedicauit. auctor Liuius/ fuerunt & in latere fori ro. Scalæ annulariæ, & domus Cæs. Augusti, ubi p. xl. annos hītauit. Fuit & Pila Horatia, q̄ erat lapis angularis: supra quam spolia Horatioꝝ pendebant. Fuit & Atrium Mineruæ: Porticus Iulia/ & Templum Veneris genitricis: quam diuus Iulius excitauit. Appianus/ erexit/ inquit Veneri genitrici templum/ ut prius ad pharsalium uouerat bellum initurus. Atriumq; templo circunduxit, Quod romanum forū esse uoluit: non rerum quidem uenalium, sed eorum/ qui ad iura simul

conuenirent, Cleopatræ illustrem deæ imaginem templo contulit. Fuit & in Volcanali lotos a Romulo sata, radices eius in forũ usq; Cæsaris per stationes Municipiorum penetrabant·ut auctor est Masurius. Fuit & equus Cęsaris. Equus aureus Domitiani. & equus Cõstantini Imp· Fuerũt præterea tabernæ nouæ/& ueteres/ Liuius pluribus inquit simul locis circa forũ incendiũ ortum, Eodem tempore Septem tabernę, quæ postea quinq;/& argẽtarię, quę nunc nouę, appellantur/arsere, compræhensa postea priuata ædificia, neq; enim tunc basilicæ erant, compræhensæ lathomię, forumq; piscarium, & Atrium regium, ędis uestę uix defensa est. Locauerant inde quę circa forum consumpta incendio erant/septẽ tabernas, Macellum, atrium regium. Tabernę namq; fori prius septem deinde quinq;. Iuuenalis satyra prima. Sed quinq; tabernæ quadringẽta parant. i· equestrem censum. Fuit pręterea in foro ro· Cloaca maxima, quę oĩa Vrbis purgamenta excipiebat, iuxta quam locus erat qui uocabat' Doliola/a doliolis sub terra/ubi non licebat spuere· quo in loco quę/dam mystica Numæ põpilii condita esse putabantur· Nec desunt q tradant Gallo᷃ senonũ in quibusdam illo᷃ cineres fuisse conditos· Surgebant olim circa forum nouem fontes, qui postea ob ingentia ædificiorũ fundamenta desierunt· Iminebat præterea foro rupes capitolina/unde fontes præcipitabantur/ sicut nũc iugo eius collis fa cinorosi puniunt'· Extant ad radices mõtis templũ sanctę Marię gratia᷃/& Tẽplũ consolationis/ uotis ac miraculis clarum· Vocabatur olim hoc forum/Romanum/latium/ac palladium· Et regio·viii·an/tiquę urbis forum olim ro· dicebatur· & habebat magnum ambitũ. Postea Iulius Cæs· deinde Augustus forum ipsum ro· ampliauerũt: quoniam non uidebatur unum forum satis esse ad causas agendas: sua uterq; princeps fora huic adiunxerunt/& uocabãtur iudicialia· Martialis ad Sextum, Causas inquis agam Cicerone disertius ipso: Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. i· ro· C. Cæsaris/& Augusti·

Cleopatræ imago. Lotos a Romulo sata. Statiões municipiorum Equus Cęs. Equus aure' dõitiani Equus Cõstãtini Imp. Tabernæ nouæ & veteres. Tabernę argentariæ. Lathomiæ. Cloaca maxima. Doliola.

Nouẽ fontes circa forum ro. Rupes capitolina. Tẽplum S. Mariæ gratiarũ & Cõsolationis. Forum ro. quod latiũ/ & palladiũ dicitur.

Forum Cæsaris & eius ornamenta·

¶ Forum Cæsaris dict· Ro. foro coniunctum/& in eo ambitu fuisse creditur/ubi nunc extat porticus Faustinę/haud longe a domo sua, quod forum de manubiis inchoauit· Cuius Area supra sestertium milies consistit, ubi statuas pulcherrimas collocauit, inter quas Loricatam sibi dicari passus est, breui quidem spatio forum, sed inter

urbis ornamenta illud fuisse scribit Plinius. Ouidius libro tertio de trist. Hæc sunt fora Cæsaris inquit. Hæc est a sacris quæ uia nomen habet. Hic locus est uestæ/qui pallada seruat,& ignē: Hic fuit antiqui regia parua numæ. Quæ loca erant olim ferme inter se cōtigua. haud longe a domo sua: de qua Suetonius/habitauit inquit ante in Sabura modicis ædibus: post autem adeptum pontificatum maximum in uia sacra/domo publica, quā postea Augustus sumptuose nimium a liuia ornatam solo æquari iussit: & in ea Porticus liuia extructa, ubi nunc sunt ruinæ templi pacis.

Dom. Cæs. Porticus liuia. Tēplū pacis

De Foro Augusti/& eius ornamentis.

¶ Foro Cæsaris, & foro ro. iunctum erat forum Augusti, quod fuisse creditur, ubi nunc est templum sancti Hadriani in tribus foris, quod adhuc seruat priscum nomen: breue quidem spatio forum, ne possessoribus/& eius loci incolis ædes auferret, tanta erat in eo principe clementia erga suos ciues: sed uetustis simulacris ornatissimū forum, in quo locatum erat signū Castoris, & pollucis, cum Victoria/Alexandri magni. & eius imagine ab Apelle depicta, ubi & statua Coruini, & in eius casside pugnacis corui simulacrū. Suetonius in Augusto Publica inquit opera plurima extruxit, ex quibus præcipua Forum/cum æde Martis ultoris, quam Marti, bello philippēsi pro ultione paterna/suscepto/uouerat. Fori autem extruendi causa fuit hominum, & iudiciorum multitudo, quæ uidebatur, nō sufficientibus duobus/etiam tertio indigere. Itaq; festinantius, nec dū perfecta Martis æde, publicatum. Cautumq; ut separatim in eo publica iudicia/& Sortiones iudicum fierent. Sanxitq; ut de bellis & triumphis consuleretur hic. Senatus prouīcias/cum Imperio pot ituri hinc deducerentur. Quiq; uictores rediissent/huc insignia triumphorum inferrēt. Quod forum postea ab Hadriano Imp. instauratum est. Vnde opinio orta/Hadrianum ipsum/ibi templum sub noīe suo extruxisse/quod postea ab Antonino pio. dicatū ut infra dicetur. Idq; Hadrianum primum pont. max. Hadriano martyri dicasse in tribus foris/quod adhuc extat ex ueteri structura, & æreis portis satis cōspicuū. Iul. Capitolinus in Antonino pio. Opera eius inquit hæc extant Romę tēplum Hadriani honori patris dicatum, Gręcostasiū post incendiū restitutū/instauratum Amphiteatrū. Sepulchrum Hadriani. Templū Agrippæ. Pons sublicius.

Signū Castoris, & Pollucis. Victoria Alc. magni & eius imago. Statua Coruini. Aedis Martis.

Templum sancti Hadriani in tribus foris.

De foro

De foro Boario & eius ambitu.

¶Inter forũ ro.& Tiberim occurrit forũ boariũ ab æneo bouis simulacro nuncupatum, quod erat ibi positum, ut scribit Oui. in fast. cũ inquit Hic/ubi pars urbis de boue nomẽ habet. Plinius uero bos ait æneus in foro boario erat romę captus e Genitico insula officinaꝝ tẽperatura nobilitata/& herculis ab Euãdro positus in foro boario uestitus habitu triũphali. Cor. Tacitus ita scribit Igr̃ a foro boario, ubi ęneũ Tauri simulacrũ aspicimus, qa id genus aialiũ aratro subdit̃, Sulcus designãdi oppidi cęptus, ut magnã herculis arã cõplecteret̃/& q̃ sequunt̃. Sunt qui tradãt a negociatoribus boariis ita dictũ: Argumẽto est paruus/ac ruinosus arcus iuxta ædẽ nunc S. Georgii in Velabro. ubi titulus in postrema parte ita uocatus/negociatores boarii, ꝙ ibi boues uenderẽtur/sicut nũc in foro ro. manetq; argumentũ sacrificioꝝ/ubi tauroꝝ immolationes & instrumẽta/cũ uictimariis/& sacrificolis ad rẽ accinctis. ubi & proximus Ianus quadrifrons adhuc extat marmoreus male integer/celebris olim mercatoꝝ locus in regione basilicę. Plures olim apud ueteres fuerũt Iani, quoꝝ hic tm̃ nũc extat; nã Ianus trãsitus siue logia uocatur. M. Varro scribit Iano xii. aras pro totidẽ mẽsibus fuisse dicatas. Iani p oẽs regiones incrustati, & ornati duo præcipui, unus in foro boario, & alter in foro ro. ad arcum fabianũ; Ianũ inquit Liuius ad sinistrũ argiletum & hũc priscum, plures uero posteriores. Oui. lib. i. fast. Cum tot sint Iani, cur stas sacratus in uno, Hic ubi iuncta foro templa duobus habes. Solus hodie hic quadrifrons a quatuor orbis partibus siue anni temporibus ita constitutus. quia ipse deus anni est princeps. Vnde & Ianuarius mensis dictus est. Ianum primus Numa iuxta Theatrũ Marcelli bifrontem fecerat, sed postea captis phaleriis ciuitate Tusciæ/inuentum est Simulacrum Iani quatuor frontibus, propter quatuor anni tempora. Vnde quod Numa instituerat, translatum postea in forum transitorium quod erat tunc boariũ; quod deinde uocabulũ inditum est foro Neruæ, multis post sæculis condito. Et quatuor portarum unum templum Iano institutum in uelabro. Duplex enim erat uelabrũ maius, & minus & in utroq; Ianus. Maius in foro olitorio, ubi prius erat Ianus biceps. minus/ ubi Ianus quadrifrons; quod adhuc extat. ubi celebris olim Mercatorum sedes: ubi fœneratores consistebant: ut Cicero, & Horatius tradunt. Ouidius.

Bouis simulacrum.

Geniticos insula.

Hercules vestit⁹ hitu triumphali.

Simulacrũ tauri ex ęre.

Designatio vrbis aratro

Ianus quadrifrons.

Ianus quid? Plures in vrbe Iani.

Forũ transitoriũ duob⁹ in locis.

Duplex velabrũ. vnũ i foro olitorio. alterũ in foro boario

Puteal libonis.
Fornix Fabianum.
Aedes Sčti Georgii in velabro.
Velatura qd
Sinus tiberinus.
Cęsaris triũphus.
Cliuus publicus.
Vicus iugarius.
Antrũ Caci
Duæ ædes herculis uictoris.
ædis herculis rotunda & parua.
In ędẽ herculis neque muscę neq; canes intrãt
Sacellũ herculis ĩ foro boario.

Qui puteal/ianumq; timẽt/celeresq; Calẽdas. Pluteal aũt locus erat ubi causæ agebant̃,id fuisse credit̃ in fororo,iuxta fornicẽ fabianũ,q̃ ibi Libo ius dixerit,nã Libonis puteal uocabat̃.extat adhuc in uelabrotẽplũ.S.Georgii,qđ Zacharias papa natiõe græcus excitauit unde in hodiernũ usq; diẽ dr̃.S.Georgius in uelabro/qđ imperiti ad uellus aureũ pronũciant.Velebro aũt a uelatura nomẽ inditum,Nã anteq̃ paludosæ cõualles/& restagnãtia circa Tiberim loca desicarentur,Scaphis,& Cymbulis opus erat e palatio,& citerioribus locis in Auentinũ nauigare/& pro uelatura stipẽ soluere. Propertius.At qua uelabri regio patet/ire solebat Exiguus pulsa per uada lynter aqua.Oui.in fast.Qua uelabra solent in circũ ducere pompas/ Nil præter salices/crassaq; canna fuit. Hic,ubi nunc fora sunt lyntres errare uideres,Quaq; iacent ualles maxime circe tuæ.Quę restagnatio ex eruptionibus tiberini flexuosi illic sinus fiebat,antequam Tarquinius Priscus alueum mutaret. Suetonius in Cæsare gallici triũphi die uelabrum prætereuhens pene curru excussus est axe disfracto,ascenditq; Capitoliũ ad lumina.lx.Elephantibus dextra,& sinistra lycnos gestãtibus.A uelabro olim incipiebat Cliuus publicus ad Capitolii arcem.In hoc ambitu erat uicus iugarius inter forũ ro. & boarium/ Liuius/Saxum ingens inquit e Capitolio in uicum iugarium procidit & multos oppressit.Aiunt Herculẽ ab Euandro exceptum liberasse ea loca a latrociniis:& formidine Caci.Cuius antrum erat in Auẽtino Ouidius in fast.Cacus Auẽtinæ timor atq; infamia siluæ,Non leue finitimis hospitibusq; malũ.Ob cuius rei memoriã duas ædes uictori herculi excitatas fuisse memorant,unam ad portã trigeminam/ubi interfecto Caco raptas boues recepit.ut meminit Macrobius.Alteram in foro boario rotundã/& paruã,ut scribit Liuius.quæ adhuc extat:in ripa tiberis sub titulo nũc.S.Stephani ꝓtomartyris.Quæ depicta dicitur a Pacuuio poeta Ennii sororis filio.Plynius in ędẽ inquit herculis in foro boario:neq; muscę,neq; canes intrant / sub cuius limine claua latebat.Hercules inquit Solinus suo quoq; numini cõstituit aram:quæ maxima apud põtifices dicebatur:Cũ se e Nicostrata Euandri matre/ quæ a uaticiniis Carmẽta dicta est:immortalẽ comperiisset cõseptũ ẽt intra ritus sacroꝝ factis/bouicidiis docuit potitios.Sacellũ herculis in foro boario,in quo argumẽta & cõuiuii,& maiestatis eius remanẽt:nã diuinitꝰ nec muscis

nec canibus ingressus est. Et. n. cũ uisceratione sacrificolis daret: muscarũ dr imprecatus deũ. Clauã uero in aditu reliquisset, cuius olfactu fugerẽt canes: idq; usq; nũc durat. Fuit ꝑterea diuersa ab hac æde herculis ara i eodẽ foro haud lõge ab hoc loco/i aditu Circi max. Liuius tradit Euandrũ/primã herculi arã cõdidisse in auẽtino: & herculẽ struxisse sibi arã/q̃ maxima dicta est. Oui. in fast. Immolat ex illis taurũ tibi iuppiter unũ Victor/& Euãdrũ/ruricolasq; uocat/Cõstituitq; sibi(q̃ maxima dr)ara. Hic, ubi pars urbis de boue nomen habet. ad quas hercules decumas obtulit/ut scribit Dionisius. & uocatur a Romanis maxima/est. n. in foro boario ꝓxima ueneratiõe, q̃ apud incolas inter cęteras ꝑcipua: nã deierationes p eã fiunt/& contẽtiones, uolẽtes aliquid firmi cõficere, & decumationes fiũt ex uotis: ornatu tñ ipso multo inferior q̃ opinione. Erat. n. subterranea crypta ubi in eius ruinis ætate mea effossum fuit herculis æneũ, auratũq; Simulacrũ, quod nũc est in Capitolio in ædibus Conseruatoꝝ Consecrataq; ædis postea a Senatu/monitu Sibyllinoꝝ Car. sub dictatore Sylla: quã dedicandam probauit Ouid. in fast. Altera pars Circi custode sub hercule tuta est/Quã deus Euboico carmine munus habet. Et rursus. Si quæris titulos/Sylla probauit opus. sed potius custodis herculis ædes in circo fl. fuisse creditur/ut postea dicet. Colebatur. n. hercules gręco cultu/is uicto Gerione, & abactis eius bubus, illuc appulit/& ab Euãdro/hospitio exceptus. Erãt ante illic nemora, & siluestria loca. Virg. li. viii. ęn. Hæc nemora indigenæ/fauni/nymphæq; tenebant. Tradũt Seruium Tullium duo templa in foro boario excitasse, unũ fortunę ꝓsperæ, & altera matris Matutæ. Prosperæ nulla extãt uestigia. Oui. li. vi. fast. Lux eadẽ fortuna tua est/auctorq; locusq;/sed sup inductis qd latet/ęde togis, erat. n. eius statua uelata. q̃ pudebat cęlestẽ deã cũ mortali cõcũbere/nã eũ illo nocturno tpe/p fenestrã/q̃ porta fenestella dicta ẽ/ingressa cõcubebat ut scribit Plutarchus in poblematibus. Oui. in fast. Nocte domum parua solita est intrare fenestra. Vnde fenestellę nõia porta tenet. prospera uero dicta, q̃ in hoc uno rege non fuit cæca: asserat enim hoc templum, & statua eius mansit illesa tuente patre eius Vulcano. Nam ex genitali (ut aiunt) in cinere uiso conceptus est. Matris uero Matutæ ædis in foro Boario adhuc extat quota pars rotũditatis inter proxima nũc prostibula iuxta Circũ maximũ. Idẽ

Ara Herculis q̃ maxia dicta est.

Aeneũ herculis simulacrum.

Templum Matutæ/ & templũ fortuuę prospe ræ a Seruio Tullio cõdi ta in fo. boa rio.

Porta fenestella.

Prosperavñ

Templum Matutæ.

in eodem. Ite bonæ matres uestrũ matralia festũ, Flauaq; thebanę reddite liba deę, Potibus/& magno iũcta est celeberrima circo, Area quæ posito de boue nomẽ habet: Hic ubi luce ferũt matutæ facta parenti Sceptriferas serui tẽpla dedisse manus. Camillus/inqt Liuius ædẽ Matutæ refectã dedicaturus ia; ante a rege Tullio dedicatã, eodem die Matutæ, & fortunæ ꝓsperæ festũ celebrabatur, & utrumq; tẽplum uno incendio absumptũ. Idem in eodem fœdũ incendium inter Salinas, & portã Carmentalẽ cũ æquimelio, iugarioq; uico late uagatũ in tẽplo fortunæ & matris Matutæ, & Spei extra portam. Fuit ṗterea in foro boario ędis pudicitię patricię ab Aemilio cõdita/ quæ adhuc extat ueteri structura/ex lapide tiburtino: uetustate iam pene collabens quadratæ & angustę formę in ripa tberis sub titulo nunc Sanctæ Marię ægyptiacę inter ęnopolia & ꝓstibula. iuxta pontem eiusdem nois, haud lõge ab æde herculis rotũda & parua, de qua supra dictũ est. Pudicitię ædẽ nõ ingrediebant̃ nisi pudicæ ac nobiles matronæ. Liuius insignẽ inquit supplicationẽ fecit certamen in foro boario ad ædẽ rotũdã/& paruã herculis inter matronas ortũ. Vñ Propertius li. ii. Tẽpla pudicitiæ quid opus statuisse puellis: Si cuiuis nuptæ quidlibet esse licet. a cuius sacris arcebãtur plebeiæ. Ea de causa excitatũ est alterũ pudicitiæ plebeię Sacellũ in uico lõgo a uirgine plebeia plebeio uiro nupta/cõstitutũ, ut scribit Liuius. Fuit ṗterea in foro boario Argiletũ ab hospite Euãdri Argo (ut placet Virgilio) nũcupatũ. ꝗ illic Argus fuerit sepultus, uel ut alii putãt ab argilla creta q̃ illic effodiebatur. Fuit aũt Argiletus duplex v; summus/& imus. Sũmus in principio uici tusci inter Circũ max. & Auẽtinũ/ubi lętũ Argi simul & sepulchrũ. Imus uero ubi Ianus quadrifrõs. in uelabro: Qui & Vertũnus in fine uici tusci sub Capitolio: ubi Saturnię uestigia/& frequẽtes reꝝ uenaliũ tabernæ. ubi & libri erãt uenales. Martialis. Argiletanas mauis habitare tabernas.

Matutæ et fortunæ ꝓsperæ festũ.

Aedis pudicitię patricię

Pudicitiæ plebeiæ Sacellum.

Argiletum ab Argo dictum.

Argiletum duplex.

Vertũnus.

Argiletanæ Tabernæ.

De Foro Piscario.

❡ Forũ piscariũ/inter boariũ/& olitoriũ iuxta tiberim fuisse credit̃/ ut scribit. M. Varro/cũ inquit/foꝝ piscariũ secundũ tiberim ad ianũ uocãt/cuius tẽplum/ut dixi/erat iuxta Theatrũ Marcelli, In eo ambitu ubi nũc est ædis. S. Mariæ in porticu. In foro piscario nõ modo pisces olim/sed alię diuersę res uendebantur. Plautus/apud piscariũ inquit, ubi uariæ res uenduntur.

Tẽplũ Iani

De foro Olitorio & antiquis eius templis·

Forum olitorium extra portam Carmentalem/inter Capitolium/ & Tiberim;ubi nũc Theatrũ Marcelli qui locus hodie uulgo dicitur Platea montanaria,ubi fuit templũ Iani,quod Gn.Duillius uouit/diuersum ab illo/quod Numa cõdidit,Tacitus libro.ii. Dedicauit inquit & Iano templũ Tiberius Cæs·quod apud forũ olitoriũ Gn·Duillius,qui primus rem·ro·prospere mari gessit,uouit:triumphũq; naualẽ de pœnis meruit,Ad hoc templũ(ut nõnulli tradũt) bellũ suscepturus cõsul frequenti senatu primoribus patrũ,ac militibus comitatus,Ipseq; gabino cinctu solleni more fores templi reserabat,ut Maronis quoq; carmen testatur.Spei aũt ædis a Germanico sacratur,quã M·Attilius Glabrio Xuir uouerat/statuãq; auratã, quæ prima in Italia uisa est,quo die cũ rege Antiocho apud Termopylas pugnasset,locaueratq; idẽ ex·S.C.auctor Liuius·Fuit & in eodem foro templũ pietatis/ubi nunc est Theatrũ Marcelli/ut scribit Plinius/& Solinus:fuit & Colũna lactaria/ad quã infantes lacte alẽdi deferebãtur·forũ aũt olitorium/ut scribit Varro/erat antiquũ Macellũ/ubi olerũ copia/Ea loca inquiẽs etiam nũc lacedęmonii uocãt Macellũ/Sed Iones ostia hortorũ Macellotas dicunt/fuerunt olim a dextro Capitolii latere cõtinuata fora/& interse cõtigua / Olitoriũ Piscariũ.Boariũ·Romanũ·Iulii Cæs·& Augu·Neruæ,& Traiani·

Templum Iani.a Gn. Duillio uotum.

Aedis Spei.

Templum Pietatis. Colũna lactaria.

Antiquum macellũ olerum.

De foro Neruæ,siue transitorio·

Supra forum Ro. occurrit forum diui Neruæ Imperatoris inter ædem nunc·S·Hadriani in tribus foris/& templum. S·Basilii·ubi nunc sunt horti ad radices Capitolii·Fuit aũt forum satis cõspicuũ in cuius medio ut scribit Pausanias stabat Columna ænea mire magnitudinis/quæ sustentabat totum fori tectum/ex Laminis Oricalchi.substructum;ubi intrinsecus lumen erat ambiguum,cœptũ ante/id forum a Domitiano/ut tradit Sueto.cum inquit/ Nouam autem excitauit ædem in Capitolio Ioui custodi/& forum/quod nunc Neruæ uocatur/quod transitorium dicitur/ut scribit Aelius Spartianus in Alexandro seuero ita inquiens/Statuas Collossas, aut pedestres nudas/aut equestres diuis Imperatoribus in foro diui Neruæ/quod transitorium dicitur/locauit/cum titulis/&colũnis æneis/quæ gestorum ordinem continerent· Idem princeps etiam statuas summorũ uirorũ in proximo Traiani foro collocauit/undiq;

Columna ænea.

ædes Iouis custodis.

translatas/ut hoc modo sui generis obscuritatem contegeret. Vnũ ex omnibus Neruæ forum habet hodie ornamenta quædam uetustate, & incendio corrupta/& parietes amplos a superiore latere/ubi etiam parua porticus incendio ferme absumpta/qui locus hodie ab imperitis uocatur Area Noei. ab eruditis uero Arcus Neruæ. extãt adhuc a dextro latere duo fornices iactu lapidis inter se distãtes nudati tamen. ubi quædam triumphalia ex marmore ornamenta uisuntur.

Parua porticus.
Arc° neruę

De foro Traiani/& eius ornamentis.

¶Contiguum neruæ foro erat forum Traiani inter Capitolium, & Quirinalem extructum, ubi columna Cochlidis adhuc extat erecta, fuit autem forum ornatissimum/cum templo/& equo æneo eiusdem principis, ubi erant ornamenta ex toto terrarum orbe exquisita, & porticus adeo mirabile opus/ut qui intuerentur/non potuerint credere manibus hominnm facta, sed gigantum, cuius fragmẽta nuperrime e ꝓfunda terra eruta uidimus. sub capitolio/e lapide candidissimo miræ amplitudinis, ad quod forum ædificandum pars Quirinalis, quę Capitolium contingebat excisa/atq; solo ęquata/ne suo spatio fraudaretur. de quo Cassiodorus in Epistolis/Traiani forum inquit assiduitate uidere/miraculum est. Ad quem locum cum Cõstans Constantini filius Cõstantinopoli natus, & educatus peruenisset/ singularem structuram primum attonitus cernens, pq; giganteos contextus circunferens mentem/Omni itaq; spe talia cõficiendi/amota/Traiani Equum solum locatum in Atrii medio imitari se uelle dicebat, cui regalis Orsmida respõdit stabulum prius tale condas. Cuius equi imago uisitur in eius principis Nomismatibus, in quibus pro maiori parte/a tergo tituli leguntur. S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI.

Colũna Cochlidis.
Equus Traiani.

De Foro Suario/& Archimonio.

¶Sub eodem Quirinali monte/inter palatium nunc uetus. D. Colũnensium & uiam quæ ducit in montem Caballum/ ubi hodie sunt horti. Fuit olim forum Suarium a suibus cognominatuȝ/quod illic apud ueteres/sues uenderentur: Argumento est ecclesia condita sub titulo. S. Nicolai de porcilibus. Veteres enim separata & constituta habebãt loca/ubi res peculiariter uenderentᵉ. ut forũ hoc suarium/ ubi sues, piscariũ/ubi pisces, Olitoriũ/ubi olera prisci ro. mercarentᵉ.

¶Post hunc locum/iactu fundę/sub monte Apollinis olim & Clatrę fuit forum Archimonium/ubi nūc est templū sancti Nicolai de Archimoniis, quod corrupto uocabulo hodie ab imperitis profert: nisi forte a romana familia eius nominis, ei templo appellatio est. Multa enim uocabula ob litterarum ignorationem imperitum uulgus perperam pronunciat. Nam rustici (ut fertur) ac feminæ latinam linguam corruperunt. Cicero autem inquit fœminas semp patriam linguam in qua natę sunt retinere, sed credēdū potius a barbaris/qui per tot sæcula Italiam tenuere/corruptam.

De foro Sallustiano.

¶In dorso Quirinalis iuxta leuum montis supercilium inter tēpluз sanctę Susannę/& portam Salariam fuit olim forum Sallustii ornatissimum Salustianis eminens hortis/cuius adhuc extāt magna uestigia e regione Thermarum diocletiani/quod ex pecunia/ex africa quam prætor rexit reportauit/ut postea dicetur.

De Cæteris/urbis antiquis foris.

¶Fuerunt præter supradicta/& alia non nulla antiqua fora: quorū tm̄ nomina nūc extant/ut forum Cupedinis a Cupis/siue cupiditate dictum. M. Varro. Hæc omnia postq̄ contracta in unum locum, quæ ad uictum pertinebant, ædificatus locus, & Macellum dictus. Fuit præterea forum pistorium, & rusticorum. forum palladium qd' & Romanum esse quidam uolūt/uel a templo palladis/uel ab atrio Mineruæ/quod illic erat. Martialis. Libertum magni lucēsis quęre secundi, Limina post pacis palladiumq; forum. Nec desunt qui tradant forum palladium fuisse in palatio supra arcum Titi Imp. a sinistris uię/qua nunc in montem ascenditur. ubi extat adhuc magna area quadratæ formæ parietibus undiq; circunsepta. ac manu de industria facta. Argumento/q illic extat parua ædis/sub titulo sancti Andreæ in pallara/corrupto uocabulo/pro palladia. Vbi sepulchrum uisitur Ioannis papæ. viii. Visebantur præterea ibi duę ante hos annos marmoreæ portæ ex ueteri structura satis conspicuę, quæ facile cæteras urbis portas/materia/& artificio superabāt.

Forę Cupe cinis.

Macellum.

Forum Palladium.

Aedis Sācti Andreæ in pallara.

Andreæ Fuluii de antiquitatibus Vrbis, ad Clementem VII. Liber quartus.

Arcus triumphales a triumpho dicti/his erigi solebant, qui prouincias & urbes, aut externas nationes expugnabant/ac bello superabant, rebus itaq; bene gestis/in urbem uictores redibant, & in capitolio/Ioui gratulatum/quo/diis uota persoluturi/conscendebant, procedente rerum longo ordine/ac pompa/albis insidentes quadrigis, Iuxta currus/captiuorum: cathenatorũq; agmen miserabile. Præcedebant aũt currum triũphantis captiui usq; ad templum capitolini Iouis. Hinc/atq; hinc magna spectantium astante turba: Necnon & Simulacra oppidorum/& fluuiorum triumphis ducebant. Vnde Liuius refert Scipionem asiaticum duxisse simulacra. CCXX. oppidorum. Ouidius. Hic est Euphrates præcinctus harũdine frontem, Simili modo Nilus in triũpho Cæsaris & Rhenus domitiani. Quę uel huiusmodi simulacra uidere licet nũc in arcu. L. Septimii. & Flauii Constantini Imp. Arcus ipsi triumphales ab Imperatoribus cępta/uere. Plinius suo tempore ait cępisse: Neq; antiquiorem/q̃ Titi arcũ Romæ uidemus. Nam antea ponebantur Statuæ triumphales/ uel triumphalia ornamenta, sicut trophæa. C. Marii de bello cimbrico/ quæ adhuc extant in exquiliis. Fuerunt autem plures/ex his tantũ hodie minus lesi apparent tres in regione uię sacrę Cõstantini. Titi, & seueri Imp. quos suo ordine/non tempore prosequemur.

Arcus Titi oĩs antiqor.

De Arcu triumphali Constantini Imp.

¶Occurrit autem in ordine triumphalis arcus Flauii Constantini/ in angulo palatii/iuxta Amphitheatrum. quod Colosseum uocãt. triumphalibus/sed nunc male integris ornamentis conspicuus atq; ex omnibus minus lęsus/cum trophœis/& uictoriis alatis: in utroq; frontispicio/post bella ciuilia excitatus / superato Maxentio tyranno apud pontem Miluium. Cuius inscriptio talis est.

IMP. CAES. FLAVIO CONSTANTINO MAXIMO P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R. Quod instinctu diuinitatis: mẽtis magnitudine cũ exercitu suo tã de tyranno q̃ de omni factione uno tẽpore rem. p. ultus est armis/ arcum triumphi insignem

dedicauit • Extant in maiori fornice interius a dextris & sinistris • Hinc liberatori Vrbis • Illinc Fundatori quietis. & in superioribus uisuntur a fronte & a tergo quatuor in locis. hinc uotis • X • Hinc uotis • XX • Quæ uota in magnis periculis uouebantur • ut apparet et in eius principis nomismatibus • Solusq; toto Imperio po. ro. cũ imperaret cognomen induit Maximi/ cũ antea Alexandro magno/& Cn • Pompeio magni cognomen solum datum est. Iuxta hunc arcũ extat adhuc dimidiata rotũditas antiquæ metæ quæ dicebatur meta sudans in cuius uertice erat ęreum Iouis simulacrum • ideo meta sudans quia ex ea uberes manabant aquæ ad extinguendam plebeculæ sitim ex proximi Anphithearri spectaculis •

Vota in magnis periculis.

Maximi cognomen.

Meta sudãs

¶ De arcu Titi Vesp • Imp.

¶ In media summa uia sacra surgit Arcus Titi Vespasiani Imp • omnibus in urbe/ut tradit Plinius/antiquior • Paruus quidem ac uetustate mutilatus, extructusq; deuictis Hierosolymis præclarissima olim Orientis urbe/ubi breuis tituli inscriptio •

S • P • Q • R • DIVO TITO DIVI VESPASIANI • F • AVGVSto

ubi quadriga triumphantis cum uictoria, præcedentibus • xii • cõsularibus fascibus ab uno latere/ab altero uero Triumphi sunt spolia/ Aureum candelabrum septem ramorum: in quibus erant septẽ lucernæ significantes septem stellas errantes, & duæ tabellæ marmoreæ Mosaicæ legis/Vasa templi, Mensa aurea, põderis talẽti magni, cum aliis gentis spoliis/ut scribit Iosephus. Quę omnia condita fuerunt in proximo Pacis templo/a Vespasiano patre post bella ciuilia extructo/qui cum Tito filio in eodem curru triumphauit teste Trãquillo • Martialis ad Domitianum • Frater idumeos meruit cũ patre triumphos • Quæ datur ex Cattis laurea tota tua est.

Simulacra Spoliorum Iud.

Tẽplũ Pacis

De Arcu • L • Septimii seueri •

¶ Extat & • L • Septimii seueri Arcus in foro Ro • ad radices Capitolii omium olim pulcherrimus, nunc uero semiustus/& deformatus/ ubi in utroq; frontispicio prominẽt alatæ uictoriæ cũ tropheis Terrestris/nauali isq; belli Simulacra/a frõte/& a tergo cũ inscriptione.

IMP • CAES • SEPTIMO SEVERO Pio pertinaci AVG • patri patrię parthico Arabico/& parthico Adiabenico Põt • max. Trib. pot • xiiii. Imp • x • Procos • & Imp • Cæs. Aurelio Antonino Aug • pio felici Trib. pot • vi • Cos • procos • PP • optimis fortissimisq; principibus

ob rem.p.restitutam Imperiūq; propagatum insignibus uirtutibus eorum domi forisq;.S.P.Q.R. Sed triumphum respuit/ne uideretͤ de ciuili triumphare uictoria offerentibus ei patribus/& q; affectus articulari morbo in curru consistere nō posset/filio sane concessit.

De Arcu Boario.

¶Visitur adhuc in uelabro iuxta templum sancti Georgii exiguus & parum integer arcus Boarius/qui creditur Argentariorum & negociantium boariorum fuisse/qui in proximo marmoreo quadrifrō te Iano uersabantur.ut inscriptio ibi multiplex significare uidetur haud multum a superiore discrepans. IMP. CAES. L. Septimio seuero pio pertinaci aug. Arabic. Adiabenic, Parthic. M. fortissimo feliciissimoq; principi Pont. max. Trib. pot. xii. Imp. xi. Cos. PP. Et Imp. Cæs. Aurelio pio felici aug. trib. pot. xii. pp. procos. fortissimo felicissimoq; principi. Et Iuliæ. ii. & Senatus, & patriæ. Et Imp. Cæs. M. Aurelii Antonini pii felicis Aug. parthici maximi argentarii/& negociantes boarii huius loci deuoti numini eorum.

De arcu Flauii Domitiani Imp.

¶Extat adhuc in uia flam. prope sanctum Laurentium in Lucina/arcus ut creditur Domitiani Imp. qui nunc a Romanis uulgo dicitur Arcus Tropholi. uel trophæi/a tropheis quibus ornatus olim fuerat/uel tripolis/ut quibusdam placet/ob uictoriam trium urbiū, prout ueterem inscriptionem superioris sæculi nostri patres se legisse rettulerunt. At nunc totus mutilatus/& suis ornamētis/ac titulis denudatus. Quem Domitiani Imp. fuisse eruditiores tradunt/ argumento sumpto ex uerbis Suetoni/Qui scribit Domitianum somniātem se a Minerua destitutum/& illam excedere sacrario. Negantēq; se ultra tueri posse. q; ex armata esset a Ioue/ut Simulacra eius rei ibi marmorea extant. Martialis. Stat sacer/& domitis gētibus arcus ouans. Nam & ipse per omnes regiones fecit/Ianos/arcusq; cum insignibus triumphalibus. qui postea oēs euersi sunt ut tradit Dion. cum inquit arcus qui in ipsius unius titulum/ac nomen substructi/euertuntur.

De Arcu Galieni/& Gordiani Imp.

¶Surgit adhuc in exquiliis iuxta ædem. S. Viti in Macello Arcus Galieni Imp. ex tyburtino lapide satis rudis/cū inscriptione hmōi. Galieno clementissimo principi/cuius inuicta uirtus sola pietate su

perata est. M. Aurelius uictor numini maiestatiq; eius.
Fuit & in eadē regione in aggere Tarquinii Arcus Gordiani Imp. marmoreis ornamentis/& trophœis ornatissimus: Cuius marmora e profunda tellure eruta uidimus: atq; in ornamenta palatii & Templi sancti Laurentii in Damaso translata iussu. R. D. Raphaelis Riarii Card. S. Georgii.

De arcu siue fornice Fabiano & cæteris arcubus.

¶ Fuit præterea in foro Ro. Arcus/siue fornix fabianus in uia sacra iuxta regiam/ut scribit Asco. pedianus / cum inquit fornix Fabiani arcus iuxta regiā in uia sacra a Fabio Censore constructus/qui deuictis Allobrogibus nominatus/ibiq; Scuta eius posita præter ea est. Cicero pro Cn. Plancio Ne illum accuso qui est in summa sacra uia cum ego ad Fabium fornicē impellor. ¶ Haud procul hinc erat Calpurnius fornix/iuxta quem C. Gracchus fragmēto subsellii ictus occubuit. ¶ Fuerunt in eodem foro Arcus lateritii Romuli conditoris qui durauerunt ad multas ætates, nec eos passi sunt Romani marmore adornari, sed sicut erant rudes stare permiserunt in memoriam conditoris urbis. ¶ Fuerunt præterea Arcus uetustissimi ad primas partes Auentini / inter montem/& Tiberim memoria patrum nostrorum euersi quorū inscriptio talis erat. P. LENTVLVS CN. F. SCIPIO. T. QVINTIVS CRISPINVS VALERIANVS COSS. EX. S. C. FACIVNDVM CVRARER IIDEM PROBAVER. ¶ Fuit & Arcus Traiani in foro eius extructus/ut scribit Dion. cum inquit. Triumphalis tunc arcus præter alia multa/quæ in honorem eius/& decreta/& facta/fuerāt in illius foro substructus est. ¶ Fuit & alter in honorē eius arcus in regione portę capenę: isq; esse creditur/cuius uestigia extant intra portā ipsam capenā in proximo aquæductu/ argumento q; Traianus uiam appiam quę ab eo loco auspicatur magnifice restituit/ac strauit. ¶ Fuerunt aūt in ea regione tres arcus/Veri Parthici/Drusi/& Traiani/& extra eandem portam circum latera templi Martis/Arcus Germanici /& Drusi/cum effigie Cæsarum structi/ quos Senatus decreuit/ & Germanici cognomen ipsi/posterisq; suis/ut scribit Tacitus. ¶ Aedificauit & Tiberio Cæs. Arcum diuus Claudius iuxta Theatrum pompei decretum ante a Senatu/tamen omissum peregit. ¶ Fuerunt præterea Arcus Theodosii Valentiniani/& Gratiani Imp. haud longe a pōte

Calpurnius fornix.

Arcus Romuli Lateritii.

Arcus Traiani i fo. suo

Arcus Traiani ad portam capenā

Arcus Veri & Drusi.

Arcus Germanici & Drusi.

Arc⁹ Theodosii Valētiniani & Gratiani Imp.

castelli,quorum fragmenta nuperrime eruta sunt iuxta ędē.S.Celsi.
¶ Fuerunt & alii arcus siue fornices/quorum duo ætate mea diru/ti sunt unus iuxta plateam Sciarræ uia quæ ducit ad porticum An/tonini pii cuius adhuc extant ornamenta quædam marmorea.Alter iuxta.S.Mariam in uia lata.Ab Innocentio.viii.in renouatione p/ximi templi dirutus/cuius ornamenta marmorea erui nup uidimus cum trophœis barbaricis haud dubie posteriorum esse Imperatorũ ex ornatu apparet.Hinc iactu lapidis extat adhuc Arcus Cãpiliani satis rudis.ubi nulla ornamentorum signa/quem non nulli Camil/lianum appellant.Nam ueteres romani duces ac triumphantes nõ arcus/sed triumphalia insignia cum statuis/& trophœis habebãt.ut Trophœa.C.Marii in exquiliis de triumpho Cimbrico & altera de triumpho Iugurthino in uia flam.inter collem nunc hortulorum/& Augusti Mausoleum/ubi marmorea tabula cum titulo.C.Marii de triumpho Iugur.me auctore empta a quodam lapicida/quæ nũc est in domo Pomponii Læti in monte Quirinali.

Arcus iuxta plateã Sciarræ.
Arcus ppe S. Mariã in via lata.
Arcus Cã/piliani.
Trophea.C Marii.

¶Fuerunt & altera de Spoliis Cimbricis marmorea ornamenta/a Q.Catulo posita in area flacciana teste Valerio Max.cum inquit Ideoq.M.Flacci/&.L.Saturnini seditiosorum ciuium corpori/bus trucidatis/penates ab imis fundamentis eruti sunt/Cæterũ flac/ciana area cum diu penatibus uacua mansisset/a.Q.Catulo Cimbri/cis spoliis adornata est.

Area flaccia/na.

De Theatris & Amphitheatris/& eorũ formã.

THeatrum græcam habet originem,& significat spectaculum/formam habens hemicycli,sicut Amphitheatrum circularem. Theatri partes ponit Iulius Pollux græcus auctor.Theatra prius temporaria,ac lignea uersatilia quoq; post modum per luxuriam fa/cta/ut modo uiam/modo alteram ostenderent frontẽ.Ac uelut duo bus nauigiis sedens populus periturus momento aliquo/laxatis ma/chinis periclitaretur.Plinius.En hic est ille terrarum,& totius domi nator orbis/qui gentes,& regna diriperet/iura exteris mitteret/& q̃/dam deorum immortalium generis humani portio in machina pen/dens/&ad periculum suum plaudens.M.Curius hac insania usus in funebri patris munere duo theatra iuxta fecit amplissima e ligno Cardinum singulorũ uersatili suspensa librameto:in quibus utrisq; ante meridianum Ludorũ spectaculum æditum inter sese auersis/ne

inuicem

inuicem obstreperēt scęnis/& repente circūactis/ut constiterant. Po stremo iam die discedentibus tabulis/& cornibus inter se coeūtibus faciebant amphitheatrū/& gladiatoꝝ spectaculū ædebat ipsum ma gistratum/& populū ro.circūferens.licet post secundū bellū puni cum.P.Cornelius Nasica cū a Censoribus locatū theatrū spectādis ludis extrueretur/ueluti publicis moribus nocituꝝ demoliri fecerit Populusq; stans aliquādiu spectauerit. Postea uero lapidea cū gradibus extructa sunt,unde spectatores Ludos spectarent.Ita ut altio res in ambitu semper excrescerent,Primum autem Theatrum Romę fecit.M.Scaurus in ædilitate sua.xxx.dierum spatio duraturuȝ, & fuit triplicis scænæ,inferior e marmore:media e uitro:summæ columnæ tabulis inauratis: Signa ærea inter columnas. Cauea ipsa cœpit hominum octoginta millia, sed hoc fuit temporaneum theatrum. L. Mumius primus theatro temporaneo ludos suo triumpho ædidit deinde Scaurus: Postea Pompeius gradibus permansuris Theatrum ædificauit. Theatra in Vrbe tria præcipua. Pompei. Marcelli, & Cor. balbi. Ouidius de arte. Visite conspicuis terna theatra locis. Theatrorum Symmetrias/& locorum distinctiones docet Vitruuius libro quinto.In theatro ludi scænici fiebant: in amphitheatro autem gladiatorii/& uenatorii/quibus aut conducti homines/ aut damnati,aut ambitiosi ad ostentandam audaciam adhibebantur.

De theatro Pōpei magni/& eius ornamentis.

¶Primus oīm Pōpeius ante suā curiā ꝑpetuum theatrū ex quadratis lapidibus cōstruxit, ubi & ludos ipse fecit:nulli nobiliores inqͭ Pedianus fuerunt q̄ Pompei/& Crassi: Quorum Pompeius exquisitissimis, magnificentissimis omnis generis ludis theatrum dedicauit. Quod etiam Cicero in Pisoniana probare uidetur.Quibus ludis Elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo. Plinius autem Romæ inquit Elephantem primum pugnasse in Circo Appii pulchri ædilitate/āno urbis.D.lv.In hoc theatro scęnā postea Tiberius Cæs. cōstituit ut scribit Tacitus cum inquit. Nec publice quidem nisi duo opera struxit / templum Augusto / & Scænam pompeiano theatro / eaq; perfecta contemptu ambitionis / an per senectutem haud dedicauit. Quod theatrum a Pompeio inchoatum, C. Calicula absoluit, siue (ut quidam putant) restituit.

Prima Elephantorum pugna apud Ro.

Ecatōstylō. Arsitq; id/& ei propinquum Hecatonstylon centum colūnarum in campo martio opus centenariā porticum appellant. Quod etiā theatrum Nero princeps/ut Tiridatē armeniorum regem laute exciperet/insano/unius diei opere inaurauit. Id capiebat loca. lxxx. mil. Extāt adhuc uestigia/iuxta Campum/quem floreum appellant/a Flora ita dictum/quam Pompeius amauit. Sed a loci praestantia ac celebritate dedictum potius crediderim/quasi a florum amoenitate.

Atriū curiae Pomp. Quare satrium. ubi nūc palatiū. D. Vrsinorū a cuius tergo erat Theatri cauea uersus aurorā/ubi atriū curiae pōpeianae/qui locus hodie satriū nūcupatur una littera plus. habebat olim theatrum ipsum longas appendices/ubi eius domus curia/& porticus. Vnde Plutarchus. At qui inquit Pompeius ipse usq; ad tertium triumphū modice, atq; incomposite habitauit, pulchrum deinde Theatrum/longe a Romanis diffamia tum cum struxisset/splendidiorem domum/ueluti a Theatro appēdicem aedificauit.

De theatro Marcelli/& templo pietatis.

¶Theatrū Marcelli inter capitoliū, & tibrim, adhuc extat, sed igne ac uetustate deformatū/ubi nunc est palatiū clarissimę Sabellorum gētis. Qd theatrū capiebat loca. lxxx. mil. Vbi prius fuisse templum

Tēplū pietatis. Pietatis scribit Plin. cū inquit/Pietatis exēpla infinita quidē toto orbe extitere, sed romae unū/cui cōparari cūcta nō possunt: humilis in plebe/& ideo ignobibis puerpera supplicii causa carcere inclusa; matrem/cū impetrasset a ianitore aditū/semp excussa/nequid inferret cibi: dephensa est uberibus suis alēs/quo miraculo salus matri donata filię pietate est: ambę ppetuis alimentis. Solinus uero nō matrē sed patrē fuisse tradit/& locū illū/eidē cōsecratū deae. T. Quintio/& M. Atilio Coss. tēplo pietatis istructo in illius Carceris sede, ubi nūc theatrū Marcelli est. Cuius scęna restituta/Vespasianus ludos ędidit qd quidē theatrū Augustus cōdidit sub noīe Marcelli/sororis filii. Sicut multa alia sub noīe suorū, ut theatrū hoc Marcelli Porticum Octauię. Porticū liuię. basilicā/& porticū sub noīe nepotum Caii & Lucii auctor tranquillus.

De Theatro Cor. Balbi.

¶Fuit pterea theatrum Cor. balbi iuxta circum flāminium a Claudio Caes. dedicatum, quod dictum putāt a uicinitate Cryptae balbi (cuius ne uestiginm quidem quod sciam) nunc apparet. Id capiebat loca. xxx. mil. ubi quattuor colūnas ex Onice balbus posuit.

Quod ex hortatione Augusti condidit/ut multa a multis tunc stru/cta sunt. Sicut a Martio philippo ædis Herculis:& Musarum:a.L. Cornificio ædis Dianæ:ab Asinio Pollione Atrium libertatis,a Munacio planco ædis Saturni:a Statilio Tauro Amphitheatrum:a.M. Agrippa complura/& egregia:ex tranquillo. Fuit & Theatrū Cassii ut scribit Appianus cum inquit. Ea tempestate Scipio Cōsul Theatrum disiecit:Quod Cassius inchoauerat. Fuit & theatrum lapideū iuxta ædem fortunæ Equestris: Et Theatrum Iulii Cæs. ut scribit Suetonius cū inquit. Excogitauit & Martis Templum/q̄tum nusq̄ esset extruere:repleto:& cōplanato lacu:in quo Naumachiæ specta/culum æddiderat:Theatrūq; summæ magnitudinis tarpeio mōti accubans. Fuit & Theatrū a Traiano cōditum:qđ postea Hadrianus cōtra oīs uota destruxit ut scribit Spartianus. Fuit & theatrū in pratis uaticanis inter pontē Miluiū/& molē hadrianā/ planities eque/stribus p̄liis satis apta:ubi theatrū ad ludos gladiatorios uetustis tē poribus ædificatū/ut scribit procopius/extāt hodie (ut creditur) uestigia quędam in uinea. D. Io. Alberini ro. p̄ritii Diaconiq; ap̄lici/sed circū/non Theatrum eum fuisse crediderim/ut forma adhuc appa/ret/ nisi perperam interpres locum uerterit: Nam in theatris ludi scęnici fiebant/in circis uero equoꝝ cursus agebantur. Theatrum, q̄ sciam / præter supradicta uisitur hodie prænestę prope integrum. Amphitheatrum uero Veronæ, ac polę illyricę. Semidiruta aūt pluribus in locis Patauii/Vicentiæ/Spoleti/Interanæ. Multaq; Romanorum uetera ædificia in municipiis & prouinciis: quoꝝ hodie nihil extat præter ruinas/ad dolorem.

Theatrū in pratis uaticanis.

De Amphitheatris & eorum forma.

¶Sunt & Amphitheatra,q̄ formā hn̄t circularē & absolutā quā duo simul theatra iuncta pficiunt. Amphitheatri molē primus in cāpo Martio Iulius Cæs. posuit/quā paulo post Augustus/Mausoleū ędificaturus/destruxit. Post paulo a Tiberio alterū inchoatum est, ut scribit Suetonius/cū inquit/Opera sub Tiberio semi impfecta/ templum Augusti,theatrūq; Pompei absoluit:inchoauitq; aquęductus in regione Tiburti,amphitheatrum iuxta Septa:quoꝝ operū a successore eius Cluadio alterum pfectum:omissum alterum est. In amphitheatris olim Patia Gladiatoꝝ dimicabant,& uenationes fiebāt non nunq̄ & nauale prælium/ Suetonius in amphitheatro inquit

nauale quoq; dedit prælium: nã uenationes, gladiatoresq;/& noctibus ad lychnos, nec uirorum modo pugnas, sed fœminaꝝ. Extant hodie duo semidiruta/ Vesp. & Statilii tauri.

De Amphitheatro/ qđ Collosseũ uocãt, & eius ornamentis.

¶ Extat adhuc mutilatũ, ac semidirutũ Amphitheatrũ omniũ Maximũ, & pulcherrimũ/ qđ hodie Colosseũ nũcupatur, media urbe a Vespasiano (ut similis forma i eius nomismatibus apparet) cõditũ. & ut destinasse cõpererat Augustũ/ a Tite filio postea dedicatũ scribit Suetonius ita tradẽs. Et tamẽ nemine ante/ munificentia maiore, Amphitheatro dedicato. Thermisq; extructis/ munus ædidit apparatissimum, largissimũq; quinq; milia/ oẽ genus ferarũ: uno die exhibita/ idẽ asserunt Eusebius: & Eutropius: nã publica ędificia numinibus cõsecrabantur. Quod eã laudẽ Martialis Domitiano attribuerit/ Assentatio est poetæ, cũ nec illud extruxerit, nec dedicauerit, cũ inquit lib. i. Epigr. Omnis cæsareo cedat labor amphitheatro / Vnũ pro cunctis fama loquať opus. Aedificatũ id quidẽ in parte domus aureæ Neronis: in cuius uestibulo erant eius stagna. Idem in eodem Hic ubi cõspicui uenerabilis Amphitheatri/ Erigitur moles/ stagna neronis erant. ubi stabat Collossus miræ magnitudinis: est. n. Collossus magna statua/ unde loco nomen Colosseũ inditum est. Cuius altissima moles inter Cęlium montẽ/ Palatium, & Exquilias pari ꝑpe dimentione assurgit/ tyburtino extrinsecus lapide undiq; extructa rotunditas/ forma intrinsecus ouata. Plinius Amphitheatrũ inquit tyburtino lapide extructũ tantę altitudinis/ ut eo uix humanus oculus inspicere possit. Est præterea circa eũ locũ forinsecus sicut in circis porticus unius structurę/ per quam sunt ingressus & ascensus uenientibus ad spectaculũ ita, uti nihil turbet ingredientiũ/ & abeũtiũ iter. Et in singulis superioribus arcubus erãt statuæ marmoreæ, cũ incrustatione intrinsecus/ & extrinsecus/ cũ signis. Extant adhuc in quibusdã fornicibus ornamẽta ex gypso. & sub tãto ędificio subsunt Cloacæ, quibus pars molis sustentatur. Cuius cauea capiebat loca LXXXV. mil. & dũ fiebant ludi/ tota ipsa cauea operiebať linteis. Cuius nunc molis dimidio minus extat. Cætera pars igne/ ferroq; barbarorum malignitate euersa apparet, quod superest haud integrum, sed crebro foramine læsum, & lancinatum, ut in plerisq; priscis ædificiis factũ inuidia, & immanitate horribili barbarorum

ut quæ diruere funditus non poterant/his saltem ludibriis/& dam/nis fœdata relinquerent. Media cauea harenis spargebatur/ut gladiatores/& pugnantes/aut inter se/aut cum feris firmius/ac stabilius pedibus consisterent/& labentes mollius caderent,unde harena pro cauea sæpenumero ponitur. Multi autem capite damnati/& in bellis capti/aut conducti:aut ostentandæ audaciæ causa adhibebantur. ubi hodie Christi dei saluatoris cruciat9(quã passionem uocant)repræsentatur haud longe inferiore spectantiũ numero/q̃ olim in antiquis triumphantis Romæ spectaculis.

¶Surgit præterea pars magna adhuc amphiteatri. P. Statilii Tauri lateritio opere extructi in mediis urbis nunc mœnibus/iuxta tẽplum sanctæ Crucis in Hierusalem/ubi atrium quondam Sessorianum. de quo Suetonius in calicula Munera inquit gladiatoria partim in Amphitheatro. P. Statilii Tauri, partim in Septis aliquot egit, paruum quidem ipsum, ac semidirutum ueluti Colosseum. Inclusum nunc intra Cœnobium fratrum sanctæ Crucis. Cuius basilicam Constantinus magnus excitauit: in Atrio Sessoriano, unde etiam basilica Sessoriana dicitur. Marmoreis ornamentis, & pictis laquearibus satis conspicua,quam nuperrime Petrus de mendosa Hispanus sanctę Crucis titulo Presbiter Cardinalis in hanc, (sicut nunc est) speciem renouauit. In cuius renouatione inuẽtus est titulus Crucis ligneus in tẽpli abside/inscriptus litteris hebræis græcis,& latinis, ab Helena quondam Constantini matre ibi recõditus. Quæ etiam illic sub nomine suo subterraneum excitauit sacellum musiuo opere satis decorum/instauratumq; dudum a. R. D. Bernardino Caruaial hispano Cardinale sanctę Crucis atq; Episcopo Ostiensi:quod mulieres non ingrediuntur/nisi in eius dedicationis die. xx. Martii. Extant p̃terea in ea basilica multæ. S. reliquiæ, inter quas/pars dñicæ Crucis:unus ex argẽteis nũmis/quibus uẽditus est Christus a Iuda scarioht. Itẽ unus ex clauis/q̃bus affixus est crucis patibulo,quos nõ nulli asserunt fuisse quatuor potior pars tres tm̃modo. Diuus aũt Ambrosius tradit unũ in frenis equi/q̃bus in p̃lio Cõstantinus princeps utebat̃,alio pro Cono Galeę. Tertiũ in mare hadriaticũ/ad cõpescẽdas seuictis maris p̃cellas/deiecit. Sed q in frenis equi erat/Mediolani nũc in magna eius urbis ueneratiõe seruat̃. Extant a sinistris eius basilicæ magna uestigia ædis Veneris, & cu/

Basilica Sessoriana.

Titulus crucis.

Sacellũ diuę Helenæ.

Tēplū Veneris/& Cupidinis. Amphitheatrū castrēse.

pidinis/cuius meminit Oui.in fast.ita scribēs. Aut ubi muneribus nati sua munera mater Abdidit externo marmore diues opus. Fuit præterea in Exquiliis amphitheatrū Castrense, ut scribit. P. Victor.

De Circis/& eorum forma / & ornamentis.

CIrcus/locus erat / ubi ludi fiebant/ dispositusq; in forma spatii oblongi:ita ut in summitate spatii, ubi equi reuoluebantur species Hemicycli constituta uideretur. In circuitu uero gradus insurgebant in/quibus spectatores sedere consueuerant. Qualē Virg. lib.v. æn.signare uidetur. Hinc pius Aeneas/misso certamine tēdit Gramineū in campum: quem collibus undiq; curuis Cingebant siluę, mediaq; in ualle theatri Circus erat. Vbi equi iuncti curribus descendentes exciti carceribus ex uno latere Circi decurrerēt, cū ad summam aduentassent/se inde diuerterent:ex alio latere recurrentes ad primam usq; Circi metam uiderentur. ubi equorum cursus celebrantur. In medio autem spatio dispositæ erant metæ pari interuallo pyramidum. Horatius li.primo Car. Sunt quos curriculo puluerem Olympicū Collegisse iuuat:Metaq; feruidis Euitata rotis Quas septies circum lustrare moris erat. Propertius. Aut prius exerto deposcit pręmia cursu/Septima q̄ metam triuerit ante rota. In circo aūt fiebāt cursus Venatio:& naumachia:In ludis a principe aues uariiq; generis missilia:& larua quædam appellata Ciceria/oblōgis malis/& grandibus buccis/ingens/Manduci speciem præbebat. Ludi circenses dicti: uel q; in circo fierent:uel quasi circum Enses / ut scribit Varro. Nam ante facta spectacula/ inter enses/ & flumina/locis uirentibus agebant:ubi in medio loco munera ponebant. Equi uero iūctis curribus currebant. Val. Max. Cum ludis inquit plebeis quidam paterfamilias per circum flam. priusq̄ pompa induceretur, seruum suum uerberibus mutilatum sub furca ad supplicium egisset, latino homini ex plebe Iuppiter in quiete præcepit, ut cōsulibus diceret sibi præsultorem ludis circensibus proximis non placuisse. Quin immo per quingentos & quinquaginta octo annos. Senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit:sed hunc morem Attilius seranus/&. l. Scribonius ædiles ludos matri deum facientes/posterioris Africani sententiam sequuti discretis Senatus/& populi locis magna ipsius Africani inuidia soluerūt. Circi pars prima/unde Equi mittuntur Carceres dicūtur. q; equi coarcētur/ne inde exeāt/

Ludi circenses.

anteq̄ magiſtratus ſignum miſit. Precipui in Vrbe olim fuerũt Cir/cus Max·& circus flamminius. Fuerunt & multi alii eiuſdem formę ſed nõ circi appellati ſunt/ut Equiria trigaria hippodromus/de quibus ſuis poſtea dicetur ·

De Circo maximo/& eius ornamentis.

Tradunt Tarquinium Priſcum deſignaſſe locum ludis faciendis in ualle quæ eſt inter palatium/& Auentinũ/Circum maximum appellatum ·a magnitudine, & excellentia, ſiue ludoꝝ ſumptuoſitate, qui illic fiebant, Liuius. Tum primum inquit/ qui nunc maximus dicitur deſignatus eſt locus/diuiſa loca patribus, Equitibuſq; urbis/ ut ſpectacula quiſq; faceret· Spectauere aũt furcis duodenos a terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes · Item foros in circo faciendos Cloacamq; maximam in foro: Quæ ſpectacula poſtea in ſuã magnitudinem Cæſar dict. extruxit. Circum max· inquit Plinius a Cæſare dict· extructum lõgitudine ſtadiorum trium: latitudine unius; ſed cum ædificiis iugerum quaternum: ad ſedem · CCLX · millia inter magna opera dicamus. Suetonius: Circenſibus inquit ſpatio Circi ab utraq; parte producto, & in gyrum Euripo addito: Quadrigas, bigaſq; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes · Troia luſit turba duplex maiorum, & minorum puerorum. Quem circum ſatis deinde Octauius Auguſtus exornauit/& in eo circo Aurigas/ Curſores, & interfectores beluarum unũ quemq; ex nobiliſſima iuuentute produxit· Sed & troiæ ludum ædidit frequentiſſimũ/exiſtimans claræ ſtirpis indolẽ ſic innoteſcere. In quo circo poſtea diuus Claudius marmoreos fecit carceres: metas inaurauit/unde equi diſcedebant, & reuertebantur. Propria Senatoribus conſtituit loca: ꝓmiſcue ſpectare ſolitis/atq; ſupra Quadrigarum certamina troiæ luſum exibuit · Antonius Heliogabalus ambitum Circi colũnis, & auro exornauit: & pauimentum eius fecit ex Chryſocolla: eſt autem Chryſocolla dura materies/quæ naſcitur poſtq̄ aurum effoſſum eſt ex auro retinet colorem/in cætero eſt lapis· Addiderunt illi priores porticus triplici contignatione· Habuit præterea Circus max· præclariſſima circum ſe ædificia, & in primis Templum Conſi/qui erat Conſiliorum deus, Cuius in honorem Equeſtres ludos celebrauit Romulus in raptu Sabinarum: habuit & fanum Veneris/quod Fabius gurges Conſulis filius ex mulctaticio ære fecit /quibuſdam

Chryſocolla quid

matronis ſtupro damnatis/habuit & ædem cereris/& ædem iuuen-
tutis a Cn. Licinio duumuiro poſitam. Habuit & templum Mercu-
rii. de quo Oui. in faſt. Templa tibi poſuere patres ſpectantia circũ/
Idibus/ex illo eſt hæc tibi feſta dies. Erant præterea in eodem circo
tres aræ Diis Samothracibus ad tres colũnas affixę. Vna diis ma-
gnis: altera diis Penatibus: Tertia diis cœli, & terræ: quibus omnia
orta eſſe conſtat. quos Samothraces appellant deos magnos: Rema
ſuos genios: & penates, urbiſq; cuſtodes: quos primus Aeneas tulit
in latium/& in ſummo honore habitos. Scribit pterea Dion. Traia-
num Imp. Circum Max. auguſtiore forma inſtauraſſe, Suetonius
tradit deuſtis utrinq; lateribus ex lapide Naumachię Domitiani ex-
tructum. Tacitus lib. v. Quæ in Auentino erant incẽdio abſumpta,
una cum monte fuiſſe/ſicut etiam hodie apparet. Fuit olim in circo
max. Stagnum in ſuſceptiõe aquaꝝ defoſſum/altumq; pedes denos,
poſt ſtagnum ædificatę ſunt porticus: triplici tectura: ubi pauimẽta
lapidea, ſicut in theatris: Sedilia in ſuperioribus lignea. Erat etiam
circa eundem circum alia porticus extrinſecus unius tecturę: Offici
nas in ſe habens/& habitationes ſup eas, per quas ingreſſus, & aſcẽ-
ſus uenientes ad ſpectaculum, iuxta quamq; officinam/ita uti
nihil turbaret tot millia ingredientiũ, & abeũtiũ. Fuit ẽt circus ma-
ximus Regio. xi. antiquæ urbis/ab hoc denominata.

Aedis Mercurii.

Tres aræ diis Samothracibus ſacræ.

De Circo flamminio/& eius ornamentis.

¶Circum flamminium in pratis flamminiis conditũ ſcribit Liuius
cum inquit Ea omnia in pratis flamminiis acta/quem nunc circum
flam. uocant, & a flaminio Cos. qui ad Traſymenum cecidit appella
tum ſcribit Feſtus Plutarchus in pobl. ita tradit Flamminius quidã
cum Ciuitati agrũ reliquiſſe/equeſtribus ludis, & uectigalibus eius
fructu uteretur/nam cum pecunia ſuppeteret/uiamq; flamminiam
muniuerunt. Varro autem aſſerit/q circa campum flamminiũ ædi
ficatus fuerit appellatus, q ibi ludis tauriis equi circum metas cur-
runt, & bello punico Apollinares ludos inſtitutos ſcribit Macro-
bius ſuadente Cor. Rufo xuiro/græco more, & coronatos ſpectare,
inq; eã rem. xii. mil. æris prætori, & duas hoſtias maiores xuiris prę-
ceptum eſt, feſtus, ludos inquit apollinares populus ſpectabat ſtipe
data, in eodem circo fiebant etiam calices. Vnde Martialis. Accipe
de circo pocula flamminio. De circo autẽ flam. pertinaciſſima uulgi

Ludi taurii.

Ludi apollinares.

Calices in circo flam.

adhuc extat opinio, q͏̄ is fuerit, quem hodie Agonem nominãt. Eru ditiores uero non hunc, ſed eum fuiſſe aſſerunt, cuius adhuc extat forma, & ueterum ſedilium ſigna, ubi in medio nunc eſt templum ſanctæ Catherinę, ubi hodie torquentur funes quod prius dicebat monaſterium. D. Roſæ in caſtro aureo. Longitudo eius Circi ab ędibus nũc. D. Petri Margani, & S. Saluatore in pẽſili, uſq; ad ędes. D. Ludouici Matthei iuxta Calcaranum/nam id loco nomen a coquẽ/da calce inditum, ubi caput circi. Longitudo uero inter turrem nũc Cetrangoli, & apothecas obſcuras. Quod is fuerit circus flam. multis patet argumentis, ſed uno euidentiſſimo pediani Aſconii teſtimonio, cum Apollinis ædẽ deſcribit, cuius uerba hæc ſunt, Aedis apollinis in Palatio fuit nobiliſſima, admonendi eſtis, non illam ſignificari, quam poſt mortem Ciceronis, Cæſar, quem nunc diuum Auguſtum dicimus, poſt attiacam uictoriam fecerit, ſed illam demõſtrari quæ eſt extra portam carmentalem inter forum olitorium, & circus flam. Ea enim tum ſola Apollinis ædis. Præterea in circum flam. ſæpenumero Romani e proximo capitolio conſultandi cauſa deſcendebant. Cicero pro . P. Sextio. Pacto iam fœdere prouinciarum producti, in circo flam. in concionem ab illa furia, ac peſte patriæ/quę dixerat/uoce/ac ſententia probauerunt, Liuius item Fuluius Cos. Comitiorum cauſa Romam uenir, Actũ de Imperio Mar cellelli in circo flam. eſt ab æde Apollinis boues duæ fœminæ albę porta carmentali in urbem deductæ. Per hæc uerba circum, quem Aganonem hodie nominant intelligi nõ poſſe contendunt. Fuerũt præterea iuxta circum flam. multa, & egregia deorum templa, & in primis ædis Apollinis cum lauacro in pratis flamminiis. Fuit & ara Neptũni, de qua Plinius. Ara Neptũni multo manaſſe ſudore in circo flam. dicebatur. Fuit & ædis Vulcani, in qua pro ęditui s canes erant/ſacrilegis tantum allatrantes. Fuit & ædis Martis ab Hermolao ſalaminio architectata. Fuit & iuxta eundẽ circum ædis bellonę uerſus portam carmentalem ut ſcribit. P. Victor, ante quam ædem fuit colũna parua marmorea index belli inferendi, quæ bellica dicebatur. a qua profecturi ad bellum/ haſtam / eam partem uerſus / in quam i turi erant/mittere conſueuerant, quia longum erat mittere ad limites hoſtium. Ouidius in faſt. Proſpicit a tergo ſummũ breuis area circum, Eſt ubi non paruæ parua colũna notę Hinc ſolet haſta

Tẽplũ. s. Catherinæ.

ædis ſanct Saluatoris ĩ pẽſili.

Aedis apollinis.

Porta Carmentali.

Tẽpla iuxta circũ flam.
ara neptũni
ędis vulcani
ædis Martis

Aedis bellonæ.
Columna bellica.

manu belli prænuncia mitti In regem/& gentem,cum placet arma capi.a tergo/non circi sed areæ/uel ædis summũ.i.circi summitatẽ. Aedis autem bellonæ auctor fuit Appius Claudius cæcus. Idem in eodem, Hac sacrata die tusco bellona duello,dicitur, & Latio prospera semper adest. Appius est auctor Pyrrho,qui pace negata,multum animo uidit lumine cæcus erat, hæc soror Martis, uel auriga fuisse creditur. Huic sacerdotes suo sanguine sacrificabant haustoe uenis brachiorum. Vnde Lucanus:tunc quos bellona lacertis, sęua monet cecinere deos. Fuit præterea iuxta circũ flam. Aedis Herculi magno custodi circi flam.ut scribit.P. Victor ro. antiquitatum fidelissimus testis.ita scribens. Regio.ix. Circus flam. ædis antiqua Apollinis cuȝ lauacro.ædis Herculi magno custodi circi flam. ædis bellonæ uersus portam Carmẽtalem.Idem sentire uidetur Ouidius in fast.cum inquit Altera pars circi custode sub hercule tuta est,Qd deus euboico carmine munus habet. dedicataq; est ædis a Senatu, monitu Sybillinorum Car.sub dictatore Sylla,quam dedicandam ꝓbauit,dedicataq; est pridie nonͣ.Iunii,& subdit idem Ouidius Muneris est tempus,qui nonas lucifer ante est,Si titulos quæris Sylla probauit opus.Alii ante me scribunt ædem herculis custodis,& ędẽ bellonę,fuisse iuxta circum max. Ego uero iuxta circum flam. Ex Ouidii & .P. Victoris testimonio ut supradictum est. Fuit præterea iuxta circum flam.Villa publica/quam.M.Varro de re rustica fuisse innuit sub capitolio in extremo campo Martio eiq; ipsi imminentem,Erat enim uilla publica extra Vrbem domus ampla,in qua Legati hostium,quibus neq; ad urbem ingressus,neq; in Gręcostasi hospitium concedebatur Romam uenientes recipiebantur,& de publico alebantur. Vnde Liuius Macedones inquit deducti extra urbem in uillam publicam, ibiq; iis locus, & lautia præbita, & ad ædem bellonæ Senatus est habitus. Idem in eodem .Q.Fuluius Legatus Scipionis Carthaginienses Romam deduxit, quibus uetitis ingredi Vrbem, Hospitium in uilla publica, Senatus in æde bellonæ datus. Vnde per hæc uerba uillam publicam, & ædem bellonæ,non multum distantes inter se fuisse credẽdum est sub Capitolio. In uilla publica præterea Quatuor mil. deditorum iussu Syllæ interfecta scribit. L. Florus, Cæcilius uero .ix. mil. asserit.

Aedes Herculi magno custodi circi flam.

Villa publica.

In villa publica interfecta.IIII. mil. deditoruȝ a L.Sylla.

De Circo quem nunc Agonem nominant.

¶Extat hodie pulcherrima Circi forma in medio nunc centro urbis quem Agonem nominant. q in eo olim agonalia fierêt appellatus. quæ erant Iani sacra a Numa rege instituta ad diem .ix. Ianuarii Agonio deo qui rebus agêdis præsidebat, & agonalia eius diei festa erant, Vnde Agonis uocabulum inditum creditur. Nam certamina huiusmodi locis exhiberi solita largo modo Agones uocari consueuerunt. Vnde Suetonius Neronianum agona dixit, uocabatur etiã memoria maiorum nostrorum Circus Alexandri, uel a uicinitate Thermarum ipsius uel q ipse princeps eum Circum instaurauerit. Insedit autem iam ferme omnium mentibus pertinacissima opinio hunc esse circum flamminium ex uerbis Liuii ita scribentis, in prata flamminia/ubi nunc est ædis Apollinis iam tunc apollinarê appellabant, conuenere. Quam opinionem secutus Pandulfus lateranensis ecclesiæ Ostiarius, scribit Hadrianum primum condidisse templum Apollinaris martyris iuxta circum flam. Quæ omnia pediani uerba destruere, & conuellere uidentur. Verum qui pandulfi opinionê postea secuti sunt/non inspexerunt pedianum Asco. ante hos annos repertum sub optimo principe Nicolao.v. cuius pontificatu Poggius florentinus pedianũ adinuenit/sed ueniamus ad locorum discussionem si Circus flam. est/quem uerbis pediani supra scripsimus, Circus Agonis/qui hodie omniũ pulcherrimus est, quo nomine apud ueteres apellabatur Agonis circus sicut nũc, uel vt quidã opinantur/ Equiria a Romulo prius instituta in honorem Martis genitoris/ubi erant circunquaq; amplissima spectacula, & in medio erant metæ sicut in circo max. sed uulgaris opinio est/Equiria fuisse olim ubi nunc est templum sanctæ Mariæ in Aquiro nominis tantum similitudine decepta/cum locus non ab equis/sed ab aquis dictus q esset paludosus, Argumento patet/nam cum têplum ab Anastasio papa côderet' in fundamêtis eius repertæ sunt quædam æreæ Anates aquaticæ aues/q̃ nup in eo têplo uisebantur. Præterea nulla extant illic spectaculorum uestigia præter q̃ profunda tellure/quædam pauimenta/nec circi forma/sicut in aliis hmôi locis/in quibus aliqua adhuc apparent signa. Nam circum ubi Equiria fiebãt oportebat esse spatiosissimum/& amplissimum ad equorum cursum, & spectantiũ multitudinê, cuius rei ne uestigium quide3 illic apparet

Agonius deus.

Equiria.

Obeliscus/quem imperita multitudo Iuliam sancti Petri uocat, di/catione/& uicinitate. Vnde Cor. Tacitus ita scribit, Nero princeps in ualle uaticana spatium in quo equos ageret haud promiscuo spe/ctaculo clausit. ubi & ipse sibi princeps nõ nunq̃ aurigabat. Visum est inquit Plinius Neroni principi spectaculum harenæ circi cryso colla sterni/cum ipse aurigaturus esset inducta opificu; turba. Fuit eodem teste/is circus Caii & Neronis. Sunt qui tradant in eo ambi tu fuisse olim hortos neronianos ut apparet marmore incisum in ꝓ/xima sancti Angeli ecclesia a leone.iiii. in cliuo montis cõdita. Hoc autem circo dirus Nero dicitur usus ad excruciandos exquisitissi/tissimis suppliciis Christianos, & ad crudelitatem honestandã sub/ornauit testes, qui assererent incendium quo maxima urbis pars perierat/a Christianis hubuisse exordium/ut scribit Tacitus. Sunt aute; in agro ueticano multa subterranea nũc antiquitatũ uestigia. Extat adhuc extra portã castelli inter proximas uineas haud lõge a mole hadriana/exigua circi forma/ex lapide nigro ac duro iã pene diruti. Paucisq; noti. Fuerũt & alii nõ nulli intra/& extra urbẽ, sed ex his unus cuius forma ac sediliũ uestigia adhuc apparẽt inter uimi nalẽ mõtẽ/& exq̃lias iuxta uiã suburã/ubi nũc ẽ ædis. S. Laurẽtii in fontana/&. S. Euphemiæ. Alter extra portã maiorẽ iuxta uiã labica/nam/& formã aquæ Claudię post męnia urbis & Cęnobiũ. S. Crucis in hierusalẽ/cuius tñ extat forma/& parietũ uestigia inter ꝓximas uineas/ubi in medio adhuc in duas cõfractus partes iacet obeliscus Fuit & circus ubi fiebãt floralia in mõte quirinali ut supradictũ est. Itẽ ꝓximus huic alius inter Capitoliũ uetus & collẽ hortulorum de quo iã diximꝰ. & i eodẽ colle ad hortos sallustianos/alia circi forma quẽ incolę hodie appellãt gyrulũ. ubi iacet Obeliscus in duas cõfra ctus partes. Alius uia momẽtana satis rudis iuxta uetus bacchi tẽplũ &. S. Agnetis. Fuerũt ꝑterea Septa trigaria iuxta circũ flã. ubi triga/rii currebãt eq. Extat hodie circus pene integer/siue hippodromus sa tis rudis ad sinistrã uię appię ad ii lapidẽ/inter ędẽ. S. Sebastiani & caput bouis in ꝑlonga cõualle/q̃ ad hos usus clausa/sedilibus iam caducis. ab Antonino (ut creditur bassiano) extructus/ut in eius no mismatibus tali forma cõspicit. ubi in medio adhuc apparẽt metaꝝ signa/& Obeliscus mirę magnitudinis in plures cõfractus partes/cũ notis ægyptiorum. ubi olympici olim fiebant ludi/ad exercendos

Ecclesia. S. Angeli.

Exiguus circus iuxta molem Hadrianam.

Circus inter viminalẽ, et exquilias:

Circus extra portam ma/iorem.

Septa triga/ria.

Hippodro/mus.

De Porticu liuia.

¶ Porticum Liuiam iuxta uiam sacram / ubi nunc sunt ruinæ templi pacis fuisse olim scribit Suetonius / cum inquit Templum pacis/ ubi ante fuit porticus liuia: & ubi domus Cæsaris dict. Quã postea Augustus sumptuose nimium ornatam solo æquari iussit. Et illic liuiæ porticum ædificari. Cuius etiam meminit Ouidius in fastis. Disce tamen ueniens ætas/ubi liuia nunc est Porticus: immensæ tecta fuisse domus. Quæ porticus Claudia etiam dicta est. Martialis: Claudia diffusas/ubi porticus explicat umbras: Vltima pars aulæ deficiẽtis erat/ a Nerone euersa/postea uero a Domitiano restituta sub nomine prisco. Cuius pars operiebatur uitis unius umbraculis miræ magnitudinis / ut tradit Plinius cum inquit. Vna uitis Romæ in liuiæ porticibus subdiales ambulationes umbrosis operculis opacat, Eademq; duodenis musti amphoris fœcunda: ad eamq; porticum Vespasianum pacem suã ædificasse memorat.

Porticus Claudia.

Vespasiani pax.

De porticu Cn. Octauii/& Octauiæ sororis Augusti.

¶ Duę fuerunt porticus satis propinquæ, quę ex similitudine noĩs sæpe errorẽ fecerunt: Alteram Cn. Octauio eius qui Persen Macedoniæ Regem classe uicit / & de eo triumphauit: & hæc iuxta Pompei Theatrum, Eadem & Corinthia porticus a superstylii qualitate dicta est Plinii testimonio ita dicentis, inuenio a Cn. Octauio factam porticum duplicem ad circum flam. Quæ Corinthia sit appellata a capitibus æreis Columnarum. Altera Octauiæ sororis Augusti ab Augusto uidelicet fratre in honorem eius condita iuxta theatrũ filii ipsius Marcelli Ex. C. Marcello geniti / quem illa mortuum usq; ad extremum uitæ suæ fleuit. Senecæ testimonio. Nimirum Imperium successor destinabatur: & unde uicesimum agens annuʒ extinctus est: de quo Virgilianum illud Tu marcellus eris. Fecit enim uero Augustus plurima in honorem suorum ædificia, ut Caii & Lucii basilicam: liuiæ porticum. Theatrũ Marcelli: porticũ ipsaʒ Octauiæ: quam cõbustam quoq; restituit. Eam nãq; unice dilexit, q̃q̃ ex alia matre prius genita esset/ut scribit Tranquillus. Excitauit & idem princeps porticum satis breuem ad templum Apollinis palatini/marmoreis ornamentis/ac signis ornatissimam/ut scribit Ouidius/& Propertius.

Porticus corinthia.

Porticus Octauiæ.

Porticus Apollinis Palatini.

ut apud Maronem/atq; animum pictura pascit inani.

Porticus metelli.

¶Fuit & porticus Metelli ad templum Iouis Statoris. Extat hodie iuxta uiam sacram/& forum/ubi nunc est ædis.S.Laurentii in mirāda porticus cū templo diuæ Faustinæ/& Antonini/cuius inscriptio. DIVO ANTONINO/& DIVAE FAVSTINAE EXSC. Et in latere fori ubi nunc sunt tres colūnæ Porticus Iulia cū templo olim ueneris genitricis:nec desunt qui scribant eas fuisse. xiii.colūnas/ubi in modum basis Domitiani simulacrum collocatum erat, sub quo fluebat rhenus fluuius germaniæ/ quam ipse subtegerat ut postea dicetur. Extat & in proximo capitolii cliuo Concordiæ porticus adhuc integra octo columnarum una structura/opere dorico ut aliqui opinati sunt/sed templum fuisse non porticū ex inscriptione coarguitur. Videlicet. S.P.Q.R. INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVIT. ubi de templo non porticu intelligi uidetur nisi forte incenso templo/porticus immunis ab igne permanserit. Erat prope hāc/& altera multo maior ex opere corinthio/cuius adhuc extant tres in angulo columnæ ex candido marmore ac striato ubi extat tm̄ tituli postrema pars uz RESTITVERE. Erat. n. ut scribit Tacitus insignis porticus ad ornamentum olim Capitolii Cuius marmora paulo supra nostram ætatē/sicut pleraq; alia in calcis usum decocta transiere.

Poriic⁹ diui Antonini et diuę Fausti næ.

Porticus Iulia.

Porticus cōcordiæ.

¶Extat hodie in Martio campo in platea presbiteroꝝ iuxta. S. Stephanum de trullio Porticus Antonini pii stadiata(ut creditur)cuius nec principiū nunc/nec finis apparet multæq; his proximis annis Columnæ cum ornamentis lucri causa diruptę in calcem uersæ dicuntur. ubi & eius templum/& columna Cochlidis quæ adhuc extat. Fuit & porticus pulcherrima in templo Neptunni iuxta Scepta. Extat hodie omnium pulcherrima & integra/ante pantheon/columnis ingentibus & æneis inauratis tecti trabibus/quæ dicitur protyrion.i.locus ante portā templi.

Portic⁹ Antonini pii.

Porticus Pātheí.

¶Parauerat præterea Galienus Imp. porticū flāminiam usq; ad pontem miluiū/ut tetrastice fieret/siue pentastice/ut primus ordo pilas haberet/& ante se columnas cū statuis/secundus/& tertius/ deinde diatessaron colūnas/ut scribit Trebellius. Instituerat præterea Gordianus porticū in campo sub colle mille pedū/ ita ut a terra/ parte/ qua mille pedū fuerat/atq; inter eas pariter & spatium pedum quingentorum/cuius spacii hinc/atq; hinc uiridariis esset lauro/ myrto,

Porticus flāminea.

Porticus Gordiani.

Alexandri Card. Cęsarini/iuxta eius ædes Quam quidem ſtructurã barbaricam porticum appellauit plautus. Sunt præterea Columnæ ſtriatę/canaliculis undiq; circuncauatę: Sunt etiam ſtructiles/quæ non ex uno lapide: ſed ex pluribus ſtructæ ſunt. Extant hodie duę Colũnæ Cochlidum: Traiani: & Antonini pii Imp.

De Colũna Cochlidis Traiani Imp.

¶Colũna Cochlidis Traiani in foro eius erecta adhuc cernitur: altitudinis pedũ. CXXIII. ubi Cochlea interior cum gradibus. clxxxv. cum feneſtellis. xlv. In qua circunquaq; extrinſecus ſpectantur marmore inciſę rerum geſtarum Simulacra præſtantiſſimi principis miro artificio cęlata: ubi præcipue bellum dacicum: cui apud Parthos bellum gerenti dedicata fuit a Senatu: & eam columnam Traianus non uidit (ut non nullorum fert opinio) Ipſe namq; e Perſis rediens apud Seleuciam Syriæ urbem fluxu ſanguinis extinctus eſt. Dion. uero gręcus auctor ingentem inquit in foro ſuo Columnam ſtatuit/ ſiue ut ea pro ſepulchro eſſet: ſiue ut oſtentatio eius operis: quod ille circa forum egit: Cliuus ſurgebat/quem effoſſa/quaq; uerſus terra/ita complanauit/ut undiq; Colũna conſpiceretur. Forum deinde in arcę modum locatum manſit: quod Appollodorus architectus/q & Methodium/& Gymnaſiuʒ/eo iubente/ſtruxit. Solus hic omniũ Imperatorum intra urbem ſepultus: cuius cineres & oſſa in urbem relata in eadem colũna condita dicuntur aurea pila/cum eius imagine: quæ ſuperſtaret foro: ab ſe extructo/cuius ſcriptio huiuſmodi in eius columnæ baſe legitur.

¶S.P.Q.R. IMP. CAES. DIVI NERVE. F. TRAIANO AVG. GERMANIC. DACICO PONT. MAX. TRIB. POT. XII. COS. XI. PP. ADDECLANDVM QVANTAE ALTITVDINIS MONS & LOCVS EST EGESTVS. Iungebatur antea Quirinalis Capitolino iugo, & ea pars/ubi forum/& Columna eſt cochlidis ſolo æquata fuit/ne locus ſuo ſpatio fraudaretur. Hic primus externus: & deinde alii ad Imperium promoti. Hic primus (ut quidam uolunt) barbã nutriuit non nulli Hadriano aſcribũt/quod ueriſimilius eſt ut in eius nomiſmatibus apparet. quod & poſteri fere omnes principes ſecuti ſunt, cum antea quotidie raſitarent/ut legitur de Auguſto. Fuit aũt Traianus tantę manſuetudinis/ut non tanq̃ principem cũ ſuis ciuibus,

consurgẽs/paulatim gracilescens, specie quadrata/in uerticem productus/angustum, manu leuigatus artificis, grecam habens Etymologiam, de quo satis multa Plinius/& Amianus Marcellinus, fuerunt autem romæ Obelisci magni sex: duo in circo max. maior CXXXII. pedum: minor uero. LXXXVIII. Vnus in uaticano qui solus nũc extat pedum. LXXII. unus in cãpo Martio. LXXII. Duo in mausoleo Augusti pares/singuli pedum. XLII. Obelisci uero parui. XLII. & in plerisq; sunt notæ Aegyptiorum. Vnde Cornelius Tacitus/primi inquit per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ impressa in saxis cernuntur: & litterarum se inuentores perhibent. Cheræmon philosophus scripsit Hieroglyphica: adbuc Romæ consimiles lræ uisunt in minore Obelisco/& q̃dam iuxta pantheon Agrippæ. Plinius libro. xxxv. nat. hist. Trabes inquit e lapide Simite fecere reges quodam certamine/Obeliscos Solis numini sacratos/radiorũ eius argumentum in effigie est. Primus omnium Obeliscum Rex Mythres instituit. Octauius Augustus duos admirandos ex urbe ægyptiorum Heliopoli transtulit, Quorum unus in Circo max. cõstitutus pedum. C. XXII. omnium maximus/qui fuerit in orbe, ob magnitudinem nunquam erectus/qui nunc in medio eo circo multa tellure obrutus iacens/magnam ipsius circi partem occupat/in duas partes olim cum erigere uellent in molitione confractus dicitur/a Semiferreo Rege ante excisus. Alter uero minor pedes. LX. in Martio campo locatus: de quo idẽ Plinius/Is inquit Obeliscus/qui in campo Martio. C. X. pedũ a Merosotide inscriptus est. Ambo rerum interpretationem ægyptiorum philosophiæ continẽt: cui ipse addidit admirabilem usum ad depræhendendas solis umbras dierum/ac noctium magnitudines; cuius uertici auratam pilã Manlius mathematicus addidit/cuius summitate umbra colligeretur, strato lapide ad Obelisci magnitudinem/cui par fieret umbrarum effectus, qui hodie in multas partes confractus atq; terra obrutus iacet ad radices Citatorii montis uersus tiberim. Quem nuperrime detectum uidimus/una cum base in qua talis legit̃ inscriptio.

Obeliscus Solis in cãpo Martio.

CAES. DIVI. F. AVGVSTVS PONT. MAX. IMP. XII. COS. TRIB. POT. XIV. AEGVPTO IN POTESTATEM POPVLI RO. REDAC. SOLI DONVM DEDIT

Obeliscus lunæ.
Gyrulus.

Alter uero Obeliscus lunæ dicatus adhuc cernitur in colle hortulorum in hortis Salustianis (qui locus gyrulus ab incolis nunc dicitur) cõfractus iacet, ut supra dictum est. Duo in Augusti mausoleo pares/quorum alter inter ruinas inuentus nuperrime effossus est iuxta ædem sancti Rocchi/ubi nunc in media uia iacet confractus. Alter inuentus nec effossus post ædem sancti Rocchi. Tertius in uaticano solus hodie erectus cernitur in Caii / & Neronis circo / unus omnino fractus in molitione eius (ut tradit Plinius) quẽ fecerat Sesotidis filius / Nicoreus eiusdem remanet Centum cubitorum, quem post cęcitatẽ uisu reddito ex oraculo Soli sacrauit. Abies admirationis pręcipuæ in naui/quę ex ægypto Caii principis iussu Obeliscus diuo Augusto/& diuo Tiberio in uaticano circo statutus/ quatuorque truncos lapidum ad sustinendum eum adduxit/qua naui nil admirabilius uisum in mari certum est. Centum uiginti modii tũc lẽtis pro Saburra ei fuere. Cuius ab uno latere talis extat inscriptio. DIVO CAESARI DIVI IVLII.F.AVGVSTO.F.CAESARI DIVI AVGVSTI.F. AVGVSTO TIBERIO SACRVM. Ab altero latere. DIVO CAESARI DIVI AVGVSTI.F. TIBERIO SACRVM. Quem hodie Obeliscũ Iuliam sancti Petri a propinqua eius basilica imperitum uulgus appellat. Duo parui nunc cernuntur erecti /quos apices magnorũ confractorum esse puto. Alter in Capitolio in hortis aræ cœli. Alter in platea sancti Machuti haud longe a pantheo. Vnus item extra mœnia urbis & templum sanctæ Crucis in Hierusalem inter uineas/ut supradictum est. Vnus ingens ac pulcherrimus iuxta uiam appiã ad ii lapidem in hippodromo inter sanctum Sebastianum nunc/& Caput bouis in multas partes confractus /ubi hieroglyphicæ incisę sunt litteræ, ubi adhuc extant signa metarum in medio circo per lõgum ordinem dispositæ /erant enim septem metæ propter septem planetas medius erat Obeliscus/qui dicatus erat Soli, ceteræ metæ a dextris, & sinistris / cæteris planetis. Theophrastus tradit Regi Aegyptiorum a babylonio Rege Smaragdum missum quatuor digitorum longitudine, trium latitudine. Et fuisse apud eum in Iouis delubro Obeliscum, quatuor Smaragdis cubitorum altitudine, latitudine uero in una parte quatuor, in altera duorum. Multa præterea Obeliscorum fragmenta uidentur hodie per

Obeliscus in Vaticano

totam urbem. Sed maxime inter templum sancti Machuti & proximam ædem sancti Nicolai de forbitoribus.

De pyramidibus & eaꝝ amplitudine/& forma.

¶Pyramides dicuntur quadratæ moles instar inualescentis flāmæ, in acutum surgentes & ab igne ex græca etymologia originen hñt. Quæ prius in ęgypto constitutę sunt. De quibus Plinius/Dicantur inquit/& Pyramides in eadem ęgypto regum pecunię ociosa, ac stulta ostentatio/ne pecuniā successoribus/aut æmulis insidiantibus p̄berent/aut ne plebs esset ociosa/ uestigiaq; complura inchoatarum extant; una est in Arsinoe urbe/una in Memphi non procul a Labyrintho; Quarum meminit Cornelius Tacitus ita scribens. Cæterum Germanicus miraculis intendens animū/ præcipuum Memnonis Effigies fuit/ ubi radiis Solis ita uocalem sonum reddens inter uix peruiās harenas, instar montium eductæ pyramides certamine, & operibus regum. Quos imitati deinde Romani non nullas eiusdē formæ/uerū longe minoꝝ sepulchroꝝ gratia extruxerunt.

De Sepulchro. C. Cestii. vii. uiri Epulonum.

¶Extat hodie ex omnibns una prope integra marmoreis ornamentis pulchre extructa in mediis nunc mœnibus urbis, iuxta portā. S. Pauli in Sepulchrum. C. Cestii septēuiri Epulonum erecta/ut pedales litteræ in ea mole incisæ indicant cū inscriptione huiusmodi.

C. CESTIVS .L.F. POB. EPVLO. PR. TR. PL.
VII. VIR. EPVLONVM.

Extant infra multo minores litteræ uidelicet

OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS. CCCXXX.
ARBITRATV
PONTI. P.F. CLAMELAE HEREDIS ET PONTHI. L.

Sunt & aliæ litteræ uersus testaceum montem/ quæ propter frutices/& putrem situm legi nequeunt. Epulones inquit Cicero lib. iii. de oratore dicebantur qui epulas Iouis/cæterisq; diis instituendi potestatem habebant/ quam hodie metam imperitum uulgus Sepulchrum Remi appel/lat secutum (ut arbitror) opinionem/ quā etiā deceptus est. D. Franciscus Petrarcha/ alioqui doctissimus/uir poeta/& orator magnus/qui scribit in quadam epistola fuisse sepulchrū Remi: quod ideo addidi/ne quis uulgi magis famam sequeretur/ q̄ historiam, quæ rumore utiq; uulgi uerior reperitur. Nam Remus,

fuere, ubi inscripta marmora ante hos annos plurima retecta sunt. Sepulchra enim apud ueteres erant extra urbem. Unde lex. xii. tabularum: in urbe ne sepellito ne ue urito. Item de lege sepulchrorũ Cicero. ii. de legibus in urbe inquit sepeliri lex uetat/& decreta pontificum collegia non esse ius loco publico fieri sepulchrum. Nostis extra portam collinam aedem honoris & aram in eo loco fuisse memoriç proditum est: ad eam cum lamina fuisset inuenta in ea scriptum domina honoris, ea causa fuit aedis eius aedificandae, sed cum multa in eo loco sepuchra fuissent, exarata sunt: Statuit enim collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Sepulchra olim non modo sibi nobiles Ro. cõstituebant/sed libertis libertabus & amicis, posteris suis, ut legitur de Ennio poeta apud Ouidium. Ennius emeruit calabris in montibus ortus, Vicinus poni Scipio magne tibi. Cicero in oratione pro Archia poeta/Carus inquit fuit africano superiori noster Ennius, Itaq; in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus/& marmoreis laudibus. Cõsimili prope honore. D. brutus Accium poetam decorauit/qui illius carminibus tẽplorum & monumẽtorum suorum aditus exorauit. Sepulchrorum enim magna olim romanis cura fuit/qui publica monumenta pauperibus & seruis/ubi conderentur/aedicabant. Quin & brutis animalibus/ut legitur de equo. l. Veri cui mortuo sepulchrum in uaticano fecit, De sepulchris multa Augustinus & Ambrosius: qui dicunt esse potius danna uiuorum q̃ praesidia mortuorum.

De coemiteriis.

Postera ętas aemulatione quadam illorum ueterum condidit subterranea Coemiteria/ubi mortuorũ cadauera sepelirẽtur: & christianorum est institutnm. Coemiteriũ grecę/latine dormitoriũ: siue quietis locus dici potest: Extant hodie eorum uestigia extra urbem iuxta uias publicas/Coemiterium Comodillae/uia ostiensi iuxta basilicam s. Pauli. Coemiterium Domitillae uia ardeatina iuxta. s. petronillam, Eadem uia Coemiterium balbinae, priscillę & basilei. Coemiterium praetextati uia appia/apud. s. Ianuarium. Eadem quoq; uia Coemiterium Calixti/ad aedem nunc. s. Sebastiani. Coemiterium Cyriacae uia tyburtina ad. s. Laurentium extra muros. Priscillę item uia salaria. apud. s. Siluestrũ, eadem uia Thrasonis, & basyllae. Itẽ aproniani ad cliuum cucumeris, Coemiteriũ Calopodii uia Aurelia: apud. s.

Calistum. Cœmiterium ad insalatas uia portuensi iuxta. S. fœlicem. Cœemiterium inter duas lauros uia labicaria. Item iuxta. S. bibianā adursum pileatum: fuerunt & multa alia quæ breuitatis causa omitto. Extat hodie frequēs Cœmiterium Campi Sancti iuxta basalicam S. Petri in uaticano. De Septizoniis.

¶Duo fuisse apud ueteres Septizonia inuenio, sed ambiguitas est de loco/& uocabulo: uetustioris meminit Plinius, & Septisoliū uocat, Item Strabo. Suetonius etiā in Tito/cū inquit, Natus est Titus. iiii. Cal. Ianuarii insigni anno Caiana cęde prope Septizoniū/sordidis ędibus/Cubiculo paruo/& obscuro/manet adhuc/& ostenditur, Itē apud sacras litteras ita scriptum est, Transeunti apostolo Petro ante Septisolia in uia noua/cecidit fasciola/e suppurato/diuturna compede/crure, unde crediderim Septizonium/quod nūc semidirutum extat instauratum fuisse a Septimio Seuero Imp. uel nouum/iuxta uetus Septizonium ab eo excitatum/satis constat utrūq; fuisse uno in loco uel parū inter se distans iuxta uiam nouā: de quo ælius Spartianus ita scribit/Cum Septizonium faceret/nihil aliud cogitauit/q̄ ūt ex Africa uenientes suum opus cernerent. i. regium atrium ab ea parte facere uoluisse peribetur, quod ēt post Alexander Seuerus cū uellet facere ab Haruspicibus dicitur prohibitus/cū hoc sciscitatus/ non litasset, est enim moles alta inter Palatium/& cœlium montem assurgens. Cuius triplex extat Etymologia: uidelicet Septizonium a septem Zonis/siue septem lineis. Septhodium a septem uiis Septisolium a septem solariis: siue cōtignationibus/quarum signa adhuc extāt in fractura lapidum ab imo usq; ad summum. Sunt ibi tres ordines colūnarū inuicem suppositi in modū porticuū: moles ipsa male se sustinēs iā iā lapsura corruet: ubi in frōtispitio litterę caducę sunt cū titulo haud integro. C. TRIB. POT. VI. COS. FORTISSIMVS NOBILISSIMVSQ. iuxta quē locū fuit olim ædis. S. Luciæ ad septisolia titulo Cardin. ubi Gregori9. ix. Pōtifex creatus est. De Colossis & eorum forma.

¶Colossus uocabulum est græcum/ab hebetando aspectu(ut tradit Suidas)uel ut scribit Pompeius/a Colosso primo cōditore: diciturq; alta/membrosaq; statua. Plinius ita inquit Mirumq; mihi uidetur cum statuarum in Italiam tam uetus origo/potius lignea/aut fictilia deorum simulacra in delubris dicata/usq; ad deuictam Asiam, unde

strepxit luxuria. Moles quippe excogitatas uidemus statuarũ/quas Colossos uocant turribus pares. ¶ Talis est in Capitolio Apollo translatus ex apollonia ponti urbe. xxx cubitorum/quingentis de ta lentis factus. Talis est campo martio Iuppiter a Claudio Cæs. dicatus, qui decoratur Pompei Theatri uicinitate. ¶ Ante omnes autẽ in admiratiõe fuit Solis Colossus Rhodi, quem fecerat Chares lyndius. lxx. cubitorum altitudinis terremotu prostratus iacens quoq; miraculo est. Pauci pollicem eius amplectuntur, Maiores sunt digiti, q̃ pleręq; statuæ/uasti specus hiãt de fractis membris, Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere illud stabiliuerat constituens. xii. annis effectum. ccc. talentis. Quidam tradunt Colossum hunc Sarracenos demolitos/cum illuc nauigarent/& ex eius ære nongentos camelos onustos tulisse. Sunt alii in eadem urbe Colossi centum numero, sed ubi singuli fuissent nobilitaturi locũ. ¶ Factitauit Colossos & Italia uidemusq; certe Apollinem in bibliotheca tẽpli Augusti tuscanicum. l. pedum a pollice. Dubium/ære nobiliorẽ/an pulchritudine. ¶ Fecit & Q. Seruilius Iouem/qui est in Capitolio/amplitudo tanta/ut conspiciatur a latiari Ioue. Habẽt in eodem Capitolio admiratione/quæ. P. Lentulus alterum a Charete supradicto factum. ¶ Alterum fecit Decius comparatione tantũ uictus ut artificium minime probabilis artificis uideatur. ¶ Verum omnẽ amplitudinem eius generis statuarũ uicit ætate nostra Xenodorus Mercurio facto in ciuitate Galilæ Aruernis per anno. x. pedu;. cccc. in magno pretio, Is postq̃ satis ibi artem probauerat, Romã accitus a Nerone, ubi destinatum illius principis Simulacrum / Colossum centum uiginti pedum magnitudine, quẽ constituit in domo aurea De quo Martialis. Hic ubi sidereus proprius uidet astra Colossus, & subdit, Inuidiosa feri radiabant atria Regis, qui dicatus solis uenerationi est damnatis scæleribus illius principis. Ea statua indicauit interisse fundendi æris scientiam. Cum uero largiri aurum argentũq; paratus fuisset, & Xenodorus sciẽtiã fundẽdi cælandiq; nulli ueterũ postponeret. ¶ Fuit & Colossus Domitiani in foro/de quo papinius Quæ sup iposito moles gemiata Colosso stat latiũ cõplexa forũ Fuit præterea Colossus scopę ĩ tẽplo bruti callaici apud circũ ad labicanã portã eũti. Tradũt, & in ægypti labyrintho Colossu; fuisse Serapis ex Smaragdo digitoʒ. xi. ex omnibus hodie æris Colossis nihil extat

Apollo trãslatus ex apollonia põtu urbe.

Colossus solis Rhodi lxx. cubitorum

Apollo i bibliotheca tẽpli augusti.

Latiaris Iuppiter.

Colossus neronis

Colossus Domitiani

Colossus Scopæ.

publice præter unius caput/manum ac pedem in Capitolio pro ędibus cõseruatorum.Fuerunt ét statuę/& colossi marmorei turribus pares/ quarum capita/pedesq; & fragmēta p totam urbem cernũtur.Iuuenalis/Et de marmoreo citharam suspende colosso.

De Statuis & Simulacris.

Herculesab Euādro positus habitu triũphali. Ianus geminus. Sepulchrorum sctitas.

¶ Statuæ a statuẽdo dictę/& sunt simulacra, uel cęrea, uel eburnea, uel marmorea, uel ex alia quacunq; materia / imagines uero uel cæreæ/uel pictę.Sueto.in Tiberio/Statuas/atq; imagines/nisi pmittente se poni phibuit.Statuarum artẽ inquit Plin.familiarẽ fuisse quoq; & uetustã Hercules ab Euādro sacratus in foro boario / q triũphalis uocat' /atq; p triũphos uestit' habitu triũphali : & Ianus geminus a Numa rege dicatus.Cicero philip.viii. Maiores nr̃i inquit Statuas multis decreuerũt/sepulchra paucis. Sed statuæ intereũt tẽpestate, ui, uetustate.Sepulchrorum āt sanctitas in ipso loco est, q̃ nulla ui moueri,neq; deleri potest;atq; uti cætera extinguunt'/sic sepulchra fiunt sanctiora uetustate.Fuerunt in urbe olim statuæ sine numero/& pedestres/& equestres, ex omni materia,sed præsertim marmoreæ.quę hodie siquæ extāt p maiori parte cõminutę,ac naribus pfertis muti latę apparẽt/ui/casu/uel tẽporum iniuria/aut uetustate.Ex eqstrib9 una tm̃ extat ęrea in laterano habitu/& gestu pacificatoris.Eāq;.M.Aurelii/antonini esse tradũt/siue.L. Veri ut in eius nomismatib9 slitudo satis expsse patet.nec desunt q asserāt eā esse.L.Septimii seueri / quā post adeptũ imperiũ sibi extruxit ex sõnio qđ uiderat/ut scribit Herodianus gręcus auctor.Quæ statua cũ nõ satis digno loco cõstituta esset/a Sixto.iiii.base marmorea honestat'.Fuit pterea statua eqstris Cęsaris dict.in foro ante Veneris genitricis ædẽ/in qua sex dactylothecas cõsecrauit.Vtebatur inquit Suetonius equo insigni/pedibus ppe humanis/& in modũ digitorum ungulis scissis āteriorum pedũ.quẽ natũ apud se Haruspices imperiũ orbis significare dño pnũciassent magna cura aluit, nec pacientẽ sessoris alterius primus ascendit/cuius instar pro æde Veneris genitricis dedicauit. Idem ferme scribit Plinius.idẽq; prope de bucephalo magni Alexādri equo tradit'.Fuit in eodẽ foro statua aurea Domitiani /sub qua fluebat(ut in eius nomismatibus apparet)simulatus Rhenus fluuius germanię/quā ipse subegit/ut uideri uoluit/unde & germanicus dictus est. Papinius ĩ siluis. Dextra uetat pugnas;leuum tritonia uirgo;nõ grauat.Erat.n.

Statua .M. Aurelii Antonini siue L.Veri.

Statua equestris Cęs. Equus Cęs.

Statua eq. Domitiani.

ipsa statua in foro iuxta lacum curtiũ in solida mole collocata. unde paulo inferius. Par operi sedes. Fuit autem ut multi existimant palladis templum turris illa/quæ adhuc extat ante porticum Faustinæ quæ corrupto uocabulo pallara pro palladia uulgo pronunciatur. ubi nunc quadrupedum uectigal exigitur in campo/ita hodie locus a negociantibus uocatur. Domitianus(ut scribit Tranquillus)non sinebat sibi poni, nisi auream/aut argenteam statuam/ac deum etiã se uiuente coli. Fuit etiam equus Traiani in foro suo. & eodem foro ro. Statua equestris Constantini Imp. & aurea imago Syllæ ante rostra cum titulo IMPERATORI FORTVNATO. Fuit &.Q. Marcii statua equestris/in foro dicata/ quæ ante templum Castoris posita erat. Fuerunt præterea per totam urbem Equi æneí deaurati numero.xxiiii. Eburnei.xciiii. De statuis uero satis multa scribit Plinius libro.xxxvi.nat.hist. Qui tradit Romę simulacrum primũ cereri ex peculio Sp. Cassii:quem regnum affectantem pater ipsius interemit. Moris fuit græcorum nudas ponere statuas / Romanorũ uero tunicatas:At Romuli/& Camilli sine tunica.& ante ędẽ Castoris fuit. M. Tremellii Equestris togata. Fuit &. M. Attii Nauii ærea statua uelata in foro a Tarquinio posita:& Horatii Coclitis statua ĩ Comitio.& Mutii & Clœlię uirginis antiquissima in summa sacra uia imago insidẽs equo. Fuit & statua Neuii poetę de qua notatũ est ab auctoribus Attium poetam in Camęnarum æde maxima forma statuam sibi posuisse cum breui ipse esset forma. Item Romæ extra portam capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt, duæ P. & L. Scipionum, Tertia. Q. Ennii poetæ. Plinius libro.iii. nat.hist. Prior inquit Africanus. Q. Ennii statuam sepulchro suo imponi iussit. Immo uero spoliũ extrema orbis parte raptũ in cinere supremo eius poetæ titulo legi. Iuniũ brutum etiam prisci Romani ex ære finxerunt medium inter reges ensem strictum tenentem, ꝙ is constantissime Tarquinios euertisset. ubi scriptum erat. VTINAM NVNC BRVTE VIVERES. Fuit & in Capitolio Aemilii lepidi pueri statua bullata,& prætextata ex. S. C. posita, ꝙ hostem in acie interemisset; & ciuem seruasset. Fuit & in eodem monte. L. Scipionis statua Clamydata, & crepidata, ꝙ eo habitu aliquando usus erat, effigiem suam poni uoluit. Fuit & pedestris statua Syllæ, de qua Cicero philip.ix. Siquis ẽ inqt

Templum Palladis.

Equus Traiani.
Statua eq. Cõstantini.
Statua eq. Q. Marcii
Equi ænei deaurati.
Eq eburnei
Simulacrũ primum romæ Cereri positum:
Tremellii statua eq.
M. Nauii statua aurea in foro.
Statua Mutii & Cloelię uirginis.
Statua neuii
Tres statuæ in monumẽto Scipionũ
Statua ennii poetæ.
Iunii Bruti Simulacrũ.
Statua æmilii pueri bullata/ & prætestata.
Statua pedestris Syllæ.

quatuor statuæ legatorũ in rostris
Concordiæ signum.
Fœminarũ exempla.
Q. Claudiæ statua.
Augusti Simulacrum.
Simulacrum L. Septimii.
galieni imp.
Colossus.
Alexãdri seueri.
Statuæ colossæ.

sensus in morte/ænea statua futura/ & ea pedestris magis q̃ in aurata equestris; qualis. L. Syllæ prima statua est. Fuerunt & in rostris quatuor statuæ legatorum/ quos Lartes Tolũnius Veientorum rex interfecit: iis enim maiores nostri, qui pro re pu. mortem obierunt pro breui uita diuturnam memoriam reliquerunt. Fuit & Concordiæ Signum, quod. Q. Martius fecerat, idq; in publico collocauit, quod. C. Cassius censor in curiam transtulit. Erant & fœminarum exempla inquit Suetonius, & in Claudia familia/ quæ nauem cũ sacris matris deum ideæ adherentem tiberino uado extraxit, cuius statua in templo matris deum reposita/ bis incendio æde consumpta remansit integra/ & inuiolata. Fuit & simulacrum Augusti in summitate eius Mausolei positum. Item. L. Septimii simulacrum in eius Septizonio. Itẽ in colũna cochlidis Traiani, necnon Antonini pii in summitate/ collocata Simulacra/ ut in eorum nomismatibus apparet. Cœpit & Galienus Imp. statuam Collosso duplo maiorem solis habitu/ sed preuentus morte non absoluit/ quã in summo Exquiliarum uertice collocare constituerat, ut undiq; consp iceretur/ ut scribit Tremellius pollio. Alexander seuerus ex porphyretico lapide opus in palatio istituit/ multasq; in urbe statuas colossas locauit. artificibus undiq; conquisitis. præterea uero in atriis magnorum ciuium seruabantur/ in cæris expressi uultus singulis exponebantur in atriis/ ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, Ouidius in fastis. Perlege dispositas generosa per atria cæras. & poeta satyricus. Tota licet ueteres exornent atria cæræ. Stemmata uero lineis disponebant ad imagines pictas. Præterea operæpreciurn est, ac scitu dignum q̃ apud ueteres ita statuæ formabantur/ ut capita tolli/ ut alia substitui possent/ ut docet Plinius/ cum inquit/ Surdo statuarum discrimine capita permutantur/ hoc factum fuerat in Augusti statua, cuius rei auctor dãnatus est. Simulacrum est ficta imago alicuius. Simulacra olim in principio ex desiderio mortuorũ orta sunt, ut quæ desierant uiuere uiderentur. Nec mirum esse uideatur/ q̃ statuæ capitibus careant/ quoniam capita facilius feruntur/ q̃ cæterum corpus/ nam in uultu omnis decor & gratia statuarum est, & ideo pro maiori parte/ capite carentes cernuntur. Præterea q̃ ea pars fragilior est/ & ad læsionem paratior/ nam hodie ab his/ qui sunt antiquitatum studiosi furtim auferuntur/ multæq; clanculum

sublatæ:aut emptæ alio deferuntur,præsertim florentiam,& Venetias. Licet cautum sit perpetuo interdicto/nequis eas subripiat. Tradunt diuum Gregorium magnum præcipuas Romæ statuas/& qcquid erat mirandi operis in tiberim præcipitari iussisse/aut mutilari:ne mortales a religione nuper instituta/sua specie distraherentur. Sed ne dicant maliuoli/& historiarum ignari/gregorii pontificis iussu comminutas esse maiorum statuas/ac monumenta/cũ doctis sentiant. Nam Cõstantius homo græcus perfidus/& neq̃/ Romã quinta postq̃ ingressus est die ad direptionem conuersus, omnes statuas ex ære/& marmore ad ornatum urbis positas distrahit, & nauibus ad id præparatis imponit/deinde/quicquid superstitit direpta urbe ab hostibus sublatum/& quæ secum ferre nequierunt ornamenta, malignitate quadam / & sæuitia comminuta/ac mutilata reliquerũt. Decentiores paulo statuas ac uetustiores semper impensius exquisitæ/& emptæ sunt.unde Horatius in sermonibus. Insanit ueteres statuas Damasippus emendo.

De Curiis/& earum differentia.

CVria a curando dicta, Curiæ in principio fuerunt. xxx. postea xxxv. singulis curiis præfecti: qui sacra obirent / & appellati Curiones/postea distinctæ curiæ numero denario, & appellatæ decuriæ. Duplex erat curia/ubi sacerdotes res diuinas/ & ubi Senatus res humanas curabat. Sed curia/ubi dabatur Senatus, tẽplum erat, uel Apollinis ,uel Concordiæ/& nisi in augusto loco Senatus haberi non poterat:unde templum Vestæ non fuit augurio cõsecratum/ ne illuc cõueniret Senatus/ubi erant uirgines;nam hæc fuerat regia Numæ Pompilii,ad atrium uero Vestæ conueniebatur,quod a templo remotum erat/Curia templum non nisi augurato erat. Aerariũ, Carcer,Curia/inquit Vitruuius / foro sunt cõiungenda/sed ita / uti magnitudo symmetriæ eorum respondeat. Foro maxime quidem curia in primis est faciẽda/ad dignitatem municipii,siue ciuitatis. xii. autem erant gradus,quibus ascendebatur in curiam: propter. xii. signa,ubi erat simulacrum Victoriæ ex auro puro. Victoria enim pingebatur alata tenens in manu trophæum. Præcipuæ uero fuerunt Curiæ uetus. hostilia ,pompeiana ; & Calabra. Curia autem uetus fuit in angulo palatii uersus Colosseum,ut quidam tradunt. Varro tamen iuxta Carinas fuisse ait ,unde caput uiæ sacræ. Calabra iuxta

Curiæ. xxxv
Curiones.
Decuriæ.
Duplex curia.
Templũ cõcordiæ.
Tẽplũ apollinis.
Tẽplũ uestæ
Atriũ uestæ
Regia Numæ pomp.
Curiaq; positio.

Simulacrum Victoriæ.
Curia uetus
Hostilia põpeiana.
Calabra.

forum.ubi tantum ratio sacrorum gerebatur:& ubi minor pontifex festa pronunciabat, quæ a Romulo prius instituta (ut creditur) culmoq; tecta:ad quam Senatum, & populum uocare consueuerat rex sacrificulus, quia adhuc fasti nō erant. Fuit præterea Curia salio rum /in palatio:nam Salii propriam habuere curiam / quæ cum cō/ flaglasset/innentus est in ea Lituus Romuli integer, ut scribit Cice/ ro de diuinatione. Curiā autem hostiliam duobus in locis fuisse in/ uenio, unam iuxta forum, ubi rex hostilius prius habitauit, quam M. Varro scribit fuisse ꝑpe rostra. In ruinis tēpli pacis superioribus annis inuentum est effractum marmor/ ubi incisæ litteræ. IN CV RIA HOSTILIA. Alterā uero Curiam hostiliam in cœlio mon te/fuisse scribit Liuius cū inqt Tullus rex curias fecit/q̄ hostilia usq; ad patrum nostrorum ætatem appellata/in cœlio monte/ & ut cele/ bris esset locus/regiam sibi fecit / & templum, quod in curiam rede/ git patribus minorum gentium. Fuit & curia Tifata/iuxta quam fuit domus Curii dentati, fuit & curia Catonis sub qua basilicā suā struxit in censura:uicina foro:ut tradit Asconius. Fuit præterea cu/ ria Pompeiana iuxta Theatrum pompei/ubi Cæsar dictator fuit in/ terfectus. Quæ post eius mortem diruta/nunq̄ postea ob eam causaʒ instaurata est. Fuit & curia diui Iulii/quæ Iulia dicta est/& Augu/ sti, quam in comitio consecratam ferunt. Fuit & curia Octauiæ cu/ ius meminit Plinius. Fuit & curia Gerusia/quæ seniorūʒ dicta. Fuit præterea Curia una sine cognomēto de qua Pedianus Asconius/ Ro stra ad Comitium inquit iuncta curiæ. iuxta quam fuit statua por/ senæ. Fuit & Curia Pōpiliana ut scribit Vopiscus / cum inquit Am/ plissimus Senatus cum in curiam Pompilianam conuenisset/Aure/ lius Gordianus dixit. Referimus ad uos. P.C. litteras exercitus feli cissimi. Fuerunt & curiæ nouæ iuxta compitū Fabritii ędificatæ, q; parum amplæ erant ueteres a Romulo factæ ubi is populum/& sa/ cra in partes. xxx. distribueret.

Curia Saliorum. Lituus Romuli. Curia hostilia duplex.

Regiā Tulli hostilii.

Curia tifata Curia Catonis. Curia Pompeiana. Curia Iulia/ & Augusti. Curia Octauiæ. Curia sine cognomēto Curia Pompiliana.

Curię nouę Curiæ ueteres.

De Senatulis.

¶Senatulum locus/ubi Senatores consultandi gratia consistebant quidam tradunt Senatum apud Senatulum habitare consueuisse, ut cum e curia uocarentur præsto adesset. Senatula tria olim Romę fuisse iuuenio, in quibus Senatus haberi solitus sit/ut memorię pro/ didit Nicostratus in libro /qui inscribitur de Senatu. Vnum supra

Senatula tria.

Græcostasin/ubi ædis Concordiæ/& basilica opima/inter Capitoliũ & forum/appellatum Senatulum aureum in quo solebant magistratus cum senatoribus deliberare/de quo Valerius Max. ita scribit, Ante/Senatus assiduam stationem eo loco peragebat/qui hodie Senatulum appellatur. Alterum ad portam Capenam/ad templũ Martis. Tertium circa ædem bellonæ/ad circum flamminium. ubi dabatur Senatus legatis/quos in urbem admittere nolebant. Additum & quartum matronarum, quod Antoninus bassiani filius fecit in colle Quirinali. de quo Lampridius fecit inquit in colle Quirinali Senatulum.i.mulierum Senatum/in quo ante fuit Cõuentus matronarum/solẽnibus dũtaxat diebus.

Senatulum aureum. Senatulum ad portaз capenam/ad templũ martis. Senatulum circa ædem bellonæ. Senatulum matronaruз

De Græcostasi.

¶Græcostasis locus supra Comitium, ubi fuit ædis Concordiæ quã Fuluius uouit, si populo recõciliaret ordines, cũ ad id pecunia publica nõ decerneret/ex mulctatitia/fœneratoribus dãnatis ædiculã auream fecit in græcostasi, quæ tunc erat supra comitium/ubi nationum legati subsisterẽt/qui ad Senatũ missi essent, ut meminit Cicero in Epistola ad Q. fratrem. & pſertim Græci ob philosophiam/& oratoriam seorsum/ac digniori loco excipiebantur.

De Comitio/& Comitiis.

¶Comitium inquit Pedianus ãsco. Locus in foro prope Senatulum quo Equitibus/populoq; ro. licebat coire: ubi & stans populus suffragia ferebat. de quo. M. Varro ante curiam inquit hostiliam rostra, sub dextro huius comitio locus instructus. Cicero pro Sextio Cum forum/Comitium/Curiam/multa de nocte armatis hominibus, ac seruis plærosq; occupassent impetum faciunt in fabritium/unde cõstat Comitium/& Curiã in foro esse. Plutarchus de fœdere icto inter Romulum/& Tatium ita tradit/Quo autem in loco huius fœderis conditiones firmatæ/sancitæq; sunt/usq; ad nostram memoriam a coeundo comitium nomen admisit/is locus fuisse traditur iuxta ficum ruminalem. Comitia uero/numero multitudinis fuerunt Consularia/prætoria/Quæstoria/Tribunitia/ædilitia/& omnium magistratuum/quæ suffragiis consularibus crearentur. Comitia ipsa septa erant in Campo martio iuxta montem Citatorium, quæ diu intermissa, ab Hadriano demum reuocata fuisse scribit Aelius Spartianus.

Comitia numero multitudinis qd?

De gymnasio/& Academia.

Gymnasium uocabulũ est græcum/& proprie locus/ubi ludi exer-cebantur, vt gymnasiũ Pompei/Neronis,& Cõmodi Imp. poniturq; pro litterario Ludo, Ludus enim singulari nũero, pro Schola. Schola inquit Asconius ped. omnem ludũ dixere Romani vt ludũ Pompei lenęi, ludum æmilium, gallicum, matutinũ dicitur etiã Academia,& Atheneũ. Ludi vero numero multitudinis quinq; erãt apud Romanos videlicet Megalenses, Circenses, plebęi, funebres,& Apollinares, Primus omnium Romæ Quintilianus publice docuit: diuisis inclasses locis, vbi pueri,& puellæ seorsum ab ętate prouectis mansitarent. Placet igitur quãquam extra sortem/memoria patrum nostrorum Gymnasiũ, siue Academiã in centro nunc vrbis ab Eugenio. iiii. aprimis fundamẽtis excitatum, nam tũ litteræ gręcæ & latinę, quę sexcentis iam annis in situ,& tenebris iacuerant splendorẽ aliquẽ resumere cęperũt, ac tanquã ex ęquo troiano prodiere doctissimi viri gręco, latinoq; sermone in lucem liberales artes iam reuocaturi/constitutis tũ demũ ex publico stipẽdiis bonarum artium professoribus/ex consensu populi Ro. ad quẽ res ipsa spectare uidetur/ decursis aliquot deinde lustris. Alexãder. vi. ampliato loco/noua illic ædificia excitauit/porticibus/ambulacris/subdialibusq; dictis cũ atrio & cauedio designatis/more ueteris Academiæ auspicatus/nec absoluit/quã molem fabricantiũ uitio labefactatam reparari/instaurariq; Clemens. vii. op. max. iussit. Francisco perusco præsule massano ro. Academiæ rectore.

Ludus quid

Ludi quid

De Academia ro.

De bibliothecis antiquis.

Bibliotheca græca appellatio/latine librorum repositorium, siue libraria dici potest. Gellius. Forte in libraria ego/&. L. Paulus poeta uir memoria nostra doctissimus cõsederamus: fuerunt in urbe bibliothecæ numero. xxviii. Ex his præcipuę Palatina,& Vlpia. Primus omniũ Pisistratus tyrãnus disciplinarum liberalius libros Athenis publice legendos posuit. Romæ uero Asinii Pollionis inuẽtum, qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum reip. fecit, ubi statuam Varronis adhuc uiuentis erectam scribit Plinius. fuit & bibliotheca ab Augusto in Palatio condita, græcis latinisq; uoluminibus insignis: fuit & bibliotheca maiorum cura seruata in Capitolio, quæ una cum Capitolio arsit: fuit & bibliotheca Pauli iuxta forum. Marcelli iuxta theatrum ipsius/ab octauia matre/post mortẽ filii cẽdita

Libraria

Bibliotecha palatina

Bibliotheca pollionis

Bibliotheca Augusti

Bibliotheca capitolina

Bibl. Marcelli.

fuit & Traiani satis pulchra/cognoměto Vlpia/de qua Vopiscus/in bibliotecha inquit ulpia Elephantini pugillares in sexto armario siti. Fuit & Numeriani Imp. a senatu in honorē eius structa. Vna Alexandreę in egypto memoranda. lxx. uoluminum millia Ptolomeis regibus uigiliis intentis/composito bello alexandrino, dum diripitur Ciuitas a dictatore Cæsare conflaglasse dicitur. Bibliothecę(ut tradit Vitruuius)ad orientem spectare debent, usus enim librorum matutinum expostulat lumen. Extat hodie quę patet omnibus Romę in uaticano bibliotheca a Nicolao. v. uel cępta, uel aucta. Qui ꝑquisito toto orbe/uetustissimos codices/missis/qui eos perquirerent, adinuenit: ac multi, qui antea non erant, reperti sunt, eāqꝫ omni genere librorum adornauit. Nam Poggius Florentinus Quintilianū/& pedianū Asconium tunc repperit, Enoch Asculanus. M. Cœlium Apicium, & Pomponium porphyrionem in opera Horatii. pręterea ex Hispania Silii italici codex cum imagine Hānibalis delatus, qui nunc est: in bibliotheca naticana. Post aliquot annos a Sixto. iiii. instaurata gręcis latinisqꝫ uoluminibus exornata est. Sunt & aliæ Romæ bibliothecę. Verum hac multo inferiores.

De prima imprimendorū librorū officina.

Inuentaqꝫ/memoria nostra/noua/admirabilisqꝫ librorum imprimēdorum ars/prodigiosis hominum ingeniis excitata/auctores duo ex Germania fratres/Impressoresqꝫ primi Corradus/& Arnoldus Romę cœperunt in ædibus Petri de maximis patricii ro. M.cccclv. Primiqꝫ omniū Augustinus de Ciuitate dei: & Lactantius prodiere. Vnde hodie ubiqꝫ gentiū ex omni lingua impressi characteres gratissimo compendio apparent.

De Vestibulis, & atriis antiquæ Vrbis.

¶ Vestibulum a uestiendo/ꝙ domos uestiat. i. muniat/siue ornet appellatum/est enim spatium ante ædes/ac locus ante Ianuam domus uacuus/per quē a/uia ad ædes itur. Nam clari, ac potentes uiri apud priscos amplissimas domos extruentes/ante illas spatia relinquebant/ubi qui salutandi gratia uenerant/anteq̄ in ædes admitterētur/cōsisterent. Ouidius uero a Vesta dea dictum asserit libro. vi. fastoꝝ ita scribens. Hinc quoqꝫ uestibulum dici reor, unde precamur, Quā famur uestam, quæ loca prima tenet. Nam imprimis ingressibus/& spatiis domorū hoc est aræ/& foci uesta dea haberi solebat, erat eñ

locus uestæ dicatus: Ideo puellæ cum nubunt/non tangunt pede ue stibulum/ne numini dicatum locũ calcantes sacrilegium cõmitant. Lucanus. Translataq; uetat contingere limina planta, fuerunt olim uestibula sine numero, sed illud præcipuum domus aureæ Neronis. Consistebant preterea in uestibulis miseri, & mendici / sicut nunc in uestibulis sacrarum ædium, & diuitum domorum. Vnde Virgi lius inferorum uestibulum finxit libro. vi. æneidos cum inquit.

Vestibulũ domus aureæ Neronis

Vestibulum ante ipsum/primisq; in faucibus orci
Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ: & quæ sequuntur.

Atria.

¶Atrium prima pars domus, quæ continet mediam aream/inquam collecta/ex omni parte pluuia descẽdit/ubi & prisci/aperto ostio epu labantur, ab Atriensibus Ethruriæ populis dictum/ut scribit Varro Vitruuius ita scribit. In urbe Atria proxima ianuis esse debẽt. Atria Romæ satis multa, Sed præcipua Atrium Mineruæ in foro: & Atriũ libertatis in Auentino.

De carcere tulliano.

¶Carcer/ut scribit. M. Varro/dictus est/quia quos includit/coercet uel q inclusi/inde exire prohibẽtur. Extatq; hodie Romæ uetustissi mus Carcer ad radices tarpei mõtis/& fuit illa pars/quã erexit Tul lus & appellauit tullianũ, Carcer autem ædificatus ab Anco Martio deletus est. Liuius: fecit inquit Carcerem media urbe imiuentem fo ro ad terrorem increscẽtis audaciæ, remanet tãtũ ea pars/quæ fuit addita a Seruio & appellauit Tullianũ. Sallustius. Est locus in Car cere/quod Tullium appellatur: ubi paulum descenderis depressus ad leuã circiter. xx. pedes/Eum muniũt undiq; parietes/atq; insuper camera lapideis fornicibus uincta, sed inculta tenebris/& odore fœ do, atq; terribilis eius facies/est eñ Duplex superior: & inferior sicut etiam hodie apparet. Liuius sic ait/Pleminius/qui multa in deos/ho minesq; scelera cõmiserat/ad inferiorem demissus Carcerẽ est/ibiq; necatus, Calpulmus Flaccus/uideo inquit carcerem publicum saxis ingentibus structum/angustis foraminibus/& oblõgis lucis umbrã recipientibus/in hunc abiecti Rei robur tullianũ aspiciunt, & quo ties iacentes ferrati postis stridor excitat/examinantur, & alienũ sup plicium spectando/suũ discunt: Sonant uerbera intus, recusantibus spurca manus Carnificis ingerit. Sedet ianitor inexorabilis pectore,

qui flēte matre/siccos tenet oculos:Illuuies corpus exasperat,manus cathenę premunt:dictus est etiam Carcer Mamentinus a Mamertino urbis præfecto/postea uero Carcer.S.Petri.Cui templum consecratum a Siluestro Papa rogatu Cōstantini magni,ubi dies cal.Augusti sub honore uinculorū Petri celebrabatur:anteq̄ Eudoxia uxor Arcadii Imp.templum sub titulo uinculorum Petri in exquiliis excitaret/ut tradit diuus Hieronymus.In hoc pars / quæ Tullianum dicitur/ideo additum a Tullo rege/ꝗ Syracusis simili de causa saxa excisa conseruantur/uocantur lathomię/a lathomia translatū ꝗ hic quoq; lapidicinę fuerunt/ut scribit Varro. Liuius tradit in lathomiis Catonem censorium Atria duo fecisse/Titium,& martiū,Triūuiriq; carceris lathomiarum intentiorē custodiam habere iussi,& Sabirium in lathomiis fuisse dānatum scribit Seneca,Quam horridus lathomiarum locus fuerit,in.vii.actionē contra uerrē Cicero docet.

Carcer Mamentinus. Carcer.s.petri.

Lathomiæ

Atriū Titiū Atriū martium.

Marforius.

¶Ante Tullianum carcerem recuumbit hodie ingens/marmoreūq; Simulacrum cognomento Marfori,Quem pistorum deum siue Iouem panarium appellant ꝗ tumores instar panū circū promineāt: in eorum memoriam/quos custodes Capitolinæ arcis sonnio admoniti/in Gallorū castra deiecerunt,ut tradūt Liuius,& Ouidius,Verum illud non Iouis pistoris,Sed dei flu.Simulacrū in scopulo collocatum exargumēto crediderim; quoniam haud absimile est illis/ quę hodie sunt in capitolio pro ædibus Cōseruatorum/quod corrupto uocabulo Marforius dicitur/conuersione prioris litteræ /n/in/m/ Nam(ut mea fert opinio)Narfluuius/siue Narfori nūcupandus uidetur.Est autē nar fluuius haud longe aburbe/qui per scopulos pręceps in tiberim labitur/cuius aqua plurimum:tiberis augescit;& nauigabilis redditur:de quo Virgilius. Sulphurea nar annis aqua. Similis figura apparet in nomismatibus Traiani Imp.extāt & huiusmodi parua Simulacra i ꝓximo arcu Septimii/& arcu Cōstātini. Sed unū ualde simile sine capite/etiā in scopulo collocatū/ante ædes nūc nobilis familię,ro.de.S.cruce:dictusq; hodie unlgo Marforius/ siue mars fori deus/nō ꝗ Martis sit illud Simulacrū/sed ꝗ i foro Augusti/ubi erat templum Martis sit collocatū/qđ fuisse credit̃ ꝓximū templū.S.Martinę a nominis similitudie nūcupatū,Argumēto ēt ꝗ multa i eo tēplo marmorea/triūphaliaq; ornamēta uisunt̃ ⁊ n̄ nuperri

Nar fluuius siue nar fori

Templū .S. Martinæ.

me sublata quędā/quę nūc sunt ī capitolio collocata. Extat ī eo tēplo marmore incisa īscriptio Honorii/& Theodonisii iunioris uidelicet DD.NN.HONORIO ET THEODOSIO INNICTISSIMIS PRINCIPIBVS SECRETARII AMPLISSIMI SENATVS QVOD VIR ILLVSTRIS FLAVIVS ANNIVS EVCHARIVS EPIPHANIVS VCPRAEF. VRB. VICE SACRA IVD. REPARAVIT ET PRISTINAM FACIEM REDVXIT.

De Carcere siue domicilio plæbis ro.

Carcer plebis nō Tullianus.

¶Cum iam Roma multitudine mortaliū aucta foret/& in dies magis/magisq; scelera multiplicarētur nō sufficiente uno carcere, Creatis deinde xuiris exstructus est alter,& appellatus carcer/siue domicilium plebis ro.inter Capitoliū/& tiberim,ubi nunc est ecclesia.S. Nicolai in carcere plebis nō Tulliano/ut imperitum uulgus credit/quem Claudius Xuir extruxit/& appellauit domicilium plebis,in quo primus ipse iudicii reus periit,cum uirginiæ uirginii centurionis filiæ uim inferret/conatus eam in seruitutem redigere/Icilio tribunitio uiro/expertæ uirtutis desponsatam/re itaq; cognita/pater ex algido monte(ut scribit Liuius)Romam uenit/ultimo colloquio eius impetrata/pro Cluacina/ad tabernas quibus nunc nouis est nomen/cum eam in secretum abduxisset/occidit,& corpus eius humero gerens/ad exercitum /profugit,& milites ad uindicandum facinus accendit,pudiciæq; interemptæ/q̄ corruptæ pater esse maluit, ne probro domus sua contaminaretur,proprio sanguini non pepercit, Qui creatis.x.tribunis Auentinum occupauere/ & Xuiros magistratu abire pręciperunt/Eosq; omnes aut morte/aut exilio punierunt,Claudius in carcere necatur/unde finis Xuiratus secutus est.

Cluacina.

De Monte Testaceo & eius aggeratione.

Vii. Collegium figulorum.

¶Inter Auentinum mōtem/tiberimq; & męnia urbis iuxta portam nunc.S.Pauli assurgit in media planirie mons testaceus a testis/ac fragmentis fictilium ita nuncupatus. Nam in eo ambitu apud ueteres figlinæ consistebant. Vnde septimum Collegium figulorū a Numa rege institutū.Erat enim apud antiquos ea ars in magno precio,Et quę postea ex auro/argento/aliaue materia facta sunt ex

fictilibus omnia antea cōficiebantur:ut scribit plinius cum inquit. Quę rota fiunt/& fictilibus doliis ad uina excogitatis / & ad aqnas/ propter quæ Numa Rex Septimum Collegium figulorū instituit. Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluerunt:maiorq; pars hominum terrenis utitur uasis. Vnde(ut uidemus)maximus apud maiores fictilium usus,adeo ut deorum Simulacra & tēplorum ornamenta ex fictilibus conficerentur. Propertius: fictilibus creuere deis hæc aurea templa. Vnde etiam Turianum accitum e fregellis,cui locauerat Tarquinius Priscus Iouis effigiem in Capitolio dedicandam/fictilem fuisse eam. Ouidius libro primo fastorū Inq; Iouis dextra fictile fulmē erat:& Iuuenalis fictilis & nullo uiolatus Iuppiter auro. figlinas primus inuenit Corebus Atheniensis. Quem montem imperitum uulgus putat creuisse ex fictilibus uasis quibus romano fisco persoluenda olim romam deferebantur / quod ridiculum est:cum in Crumenis pecunia condi consueuerit/quę de loco ad locum defertur:ut legitur de Catone/qui cum thesauros ptolomei Regis cypri Romā per mare delaturus esset/eos supernatāti subere funibus adnexis/quibus crumenæ ligatæ erāt/Asportasse dicitur:ut si naufragium faceret/eo modo fluctuantes incolumes reperiri possent. Est autem is mōs ex diuersorum fictilium testis(ut manifeste apparet)aggeratus/& casu proiectorum fictilium multitudine extructus.

Hippodromus.

Inter testaceum nunc montem & auentinum est Stadium/ubi memoria nrā postrēo Carnispriuii dñico die desulterii currūs equi/post hippodromum Tauri leuiter ad currus ligati e uertice montis præcipites demittuntur/spectante undiq; magna mortalium multitudine:sicut olim in Circo flaminio ludi taurii circa finem mēsis Februarii diis manibus celebrabātur a Tarquinio prisco primo īstituti ob pestilentiam/quę ingrauidās mulieres inciderat / propter taurinas carnes/quę diu populo uenditę erant/auctor festus. ¶In hoc ambitu fuisse olim Armilustrū quidam asserunt/ubi apud ueteres lustrabatur exercitus,sicut Tubilustrum,q; ea die in atrio sutorio tubę lustrabantur:ut in templo Iouis uesci uescendi Ius/His qui in sacris pręcinerent.

Ludi Taurii

Armilustrū Tubilustrū.

Templū Iouis uesci.

DE NAVALIBVS VRBIS.

Extant in proximo tyberino alueo ueterũ/nouorũq; naualium uesti gia/quem locum hodie ripam appellant sub ponte nũc marmorato ubi naues Onerariæ maritimorum comeatuũ ex toto orbe/funibus/ ab Elcyariis nũc/olim ab equis tractæ/stabulantur. Fuerũt olim cõtra naualia ut tradit Liuius/prata mutia/& prata Quintia/ut supra/ dictum est/& iuxta ripam tyberis nunc maritimorum comeatuũ cõditoria/quibus uulgo Nagazeis nomen est. qui locus olim sub Auentino: ubi Horrea/& Salinæ erant. Est autem nauale proprie locus/ ubi naues portubus inclusæ/aut ripis religatæ manent/aut fabricantur: legebatur nuper in ripa tiberis sub Auẽtino breuis inscriptio marmore incisa uidelicet. QVICQVID VSVARIVM INVEHITVR ANSARIVM NON DEBET.

Prata mutia
Prata quintia.

De CXL. horreis populi Ro.

Fuerunt etiam sub Auentino inter ripam tiberis/& testaceum montem disposita centũ quadraginta horrea populi Ro. & erant/ampla/ & oblonga/ut eorum ruinę adhuc ostendunt in proxĩa nunc uinea Ill.D. Io. Georgii Cæsarini/& in pximis locis/ub hoc anno in uinea Marcelli de Capozucchis patricii ro. effosum est marmor cũ inscriptione ab uno latere.

¶NVM. DOM. AVG. SACRVM GENIO CONSERVATORI HORREORVM GALBIANORVM. M. LORINVS FORTVNATVS MAGISTER. S.P.DD. ab altero latere. NVM. DOM. AVG. SACRVM FORTVNAE CONSERVATRICI HORREOR. GALBIANORVM. M. LORINVS. FORTVNATVS MAGISTER. S.P.DD.

De Salinis.

Proximæ huic loco ad radices Auentini inter montem & tiberim erant Salinæ ubi priscis temporibus seruabatur Sal/sicut nunc in Capitolio: extant ibi adhuc Cauernę ad id manufactæ Salinas primus instituit Ancus Martius. Salis uero uectigal Liuius Salinator/ unde cognomẽtum sortitus est. Cõficitur enim Sal ex marina aqua/ inuenitur & fossitius diuersis in locis sicut harena.

Ancus martius Liuius Saluiator.

¶Andreæ Fuluii de antiquitatibus urbis ad Clementem·vii·

LIBER QVINTVS·

NOn poterant loca sacra urbis oīa propter infinitũ numerum uno capite(sicut pleraq; alia)coartari/ Sed sicut sesē describēda obtulerũt/ita notare placuit·Differunt aũt inter se ædes deorũ sacræ/dicitur enim basilica Pauli·Templũ Iani:Delubrũ Iouis tarpei·fanũ Quirini·Sacellũ Volupiæ.Aedis Apollinis·Ara Cõsi·Cella Cõcordię·Aedicula Victoriæ,Sed ædicula parua est,ubi deoꝝ Simulacra seruãtur·Plini9 de Venere Gnydia ædicula eius inquit tota aperitur/ut cõspici possit undiq; effigies deę·Basilica gręce/latine regis domus appellat̃.Basilicarũ loca inqt Vitruuius aduincta foris q̃ calidissimis ptibus oportet construi,ut p̃ hyemē sine molestia tēpestatũ se cõferre i eas negociatores possēt/& merces exponere,Earũq; altitudies ne minus q̃ tertia pte/ne plus ex dimidia longitudines cõstruãtur·Qui se fatetur basilicę Iuliæ faciendę præfuisse/Cuius portiões/& Symētrias memorat·Quę fuit ad lacũ Seruiliũ in principio uici tusci·ubi effigies Hydræ posita a·M·Agrippa·basilicę loca iudiciis,Consiliis:negociatiõibusq; frequētia·Cęcilius in eplĩs/Centũ uiralia iudicia in basilica fieri solita·Idē i eodē/descendebã inquit in basilicã iuliã/auditurus quid respõdere debẽ Iure cõsulti basilicã publicis usibus accõmodatã esse ostendũt·Apud ecclesiasticos basilicę dicuntur templa numinibus dicata:fuerunt aũt basilicę apud ueteres/pręcipuę decē:uidelicet Iulia,Vlpia,Pauli / Neptũnii/Macidii/Marciani/Vescellaria/portia,Cõstãtiniana Flocelli/Sicinii·Quę ferme oēs a nominibus cõditorũ nũcupatæ sunt.Basilica Pauli in foro,cũ phrygiis cõlũnis:cuius meminit Cicero in eplĩs ad Atticũ,& plutarchus in Cæsare cũ inqt Aemiliũ collegã·C.Marcelli in cõsulatu/mille & qngētis talētis sibi amicũ,defensoreq; cõparauit,Ex hac pecunia basilicã in foro nobilissimam extruxit,Quã Plinius inter magnifica urbis ædificia cõmemorat.Papini9 in siluis,Illic belligeri sublimis regia pauli:basilicã portiã magnus Cato in censura ędidit ex ære publico uicinam foro/sub Curia ab se ædificata,portiam uocauit,nã is primus omnium basilicam de suo nomine fecit:in qua Tribuni Pl.ius dicere cõsueuerant·fuit & in foro Ro·Basilica Argentaria,Et una sine cognomento basilica dicta,sub cuius angulo/ut tradit pedianus Asconius fuit signum Vertũni

Basilicę apud ueteres Iulia. Vlpia Pauli.neptũnii. Macidii Marciani. Vescellaria portia. Constantiniana. Flocelli. Sicinii.

Basilica una sine cognomento.

in ultimo uico rurario/qui & iugarius dictus est. Fuit autem Vertũ-nus deus inuertendarum rerum.i.mercaturæ: ubi Colũna męnia ad quam fures/& serui nequã apud triũuiros capitales puniri solebãt, Nam cum Męnius domum suam uenderet/ut ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi unius Colũnæ, super quam tectum proiiceret/ prouolutantibus tabulis, ut inde ipse/& posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod & tum in foro dabatur/ a quo etiam męniana dicta prominentia in ædibus ædificia. Suet. Pauci inquit ex proximis mœnianis spectabant/Et ab eodẽ Męnio Submęnianum locum in urbe dictum putant, ubi meretrices prostabãt: Vnde Martialis Submęnianas cœnet inter uxores: fuit pręterea basilica Opimia iuxta Senatulum aureũ, & ædem Concordię: fuit & basilica Macidii iuxta circum fl. fuit & basilica æmilia/ & fuluia teste Varrone cum inquit Meridies/ab eo ꝙ medius dies/d/antiqui nõ/r/in hoc loco dicebant/ut præneste incisum in Solario quod Cornelius in basilica æmilia/& fuluia inumbrauit. Instituerat Alexander seuerus basilicam Alexandrinam inter campum Martium/& Septa Agrippina latitudine pedum centum, longitudine pedũ mille/ut tota Colũnis penderet, quã morte pręuentus perficere non potuit. auctor Lampridius: fuit pręterea basilica constantiniana iuxta templum pacis, & forum, quam ante Lateranensem cõdidit. Qui postea suadente Siluestro Papa Primo/eam/& plęrasq; alias intra / & extra urbem extruxit/de quibus iam suis locis diximus.

Vertunus deus.

Colũna mœnia.

Męniana Submenianum.

Basilica opimia & macidii

iii: & fuluia Basilica ęmi

Basilica alexandrina.

Septa agrippina

Basilica constantiniana.

De templis & eorum conditoribus.

¶ Templũ proprie est locus/in cęlo notatus ab augure. Ennius, Cõtremuit templum magni Iouis altitonãtis: uel templũ in terra a tuendo/ꝙ ex omni parte aspici posset. M. Varro ita inquit/Omne templũ debet esse continuo septum, nec plusquã unum introitum habere, Eius partes quatuor/Antica/ad meridiẽ, postica ad Septentrionem. Sinistra ab oriente, dextra ab occidente. Templa non solum loca/sacra/sed etiam Curiæ dictæ, ut Curia hostilia, quãuis sacra non esset: Cicero. ii. de legibus/patrum delubra inquit in urbibus esse censeo/ nec sequar Magos Persarum/quibus auctoribus Xerres inflãmesse tẽpla græciæ traditur, ꝙ parietibus includerẽt, quibus oĩa debẽt esse patiẽtia/& libera, Quoꝝ hic mũdus templũ est/& domus. Diogenis opinio mũdũ dei fanũ sanctissimũ existimauit. Melius Græci ac no

Tẽplũ Iouis altitonãtis

Quõ tẽplũ ędificandũ ẽ cũ uno aditu.

ſtri qui ut augerent pietatem/indies, Eaſdem/illos urbes/quas nos incolere/uoluerunt. Quorummaximã, ac ſuperfluam curã Romani ſuſceperunt qui non ſolum Sideribus, ſed omnibus hominũ paſſio nibus loca ſacra/& ſacella excitabant/ut tradit Pedianus Aſconius. Tẽpla per totã urbẽ/tã patriis/q̃ peregrinis numinibus ad oẽs huma nos affectus dedicata ſatis cõſtat. M. Varro ſcribit Deos ſupra. xxx. millia fuiſſe, quorum ſelecti, & in frequentiori cultu. Ianus, Iuppi ter, Saturnus, Mars, Apollo, Genius, Vulcanus, Sol, Neptũnus, Li ber, Orcus, Iuno, Tellus, Ceres, Diana, Venus, & Veſta. Geniales Dii, Aqua, Terra, Ignis, Aer, His addunt Solem, & Lunam, ex qui bus omnia gignuntur, Genius deorum filius, & parens hominũ ha betur, Alios deos colebant/ut prodeſſent/Alios/ne nocerent, & mala ſua pro diis etiam habebant/ac p ſanctecole bant, quos Cane, & oue placabant/ut Auerũcum/& Rubiginẽ, & Febrẽ. Timorẽ uero/& Pal lorem Tullus hoſtilius figurauit/& coluit. Eadem uanitate Mentẽ quoq; inter deos collocauit Senatus. Quædam etiã turpiſſima numi na coluerunt/ut Stercutiũ, & Priapum. Quoſdã uero deos/nec cœlo dignos/nec terris putauerunt aſcribi/ut Priapũ/Hippona, & Vertũ num. Auctores. M. Varro/& fulgentius. Quoſdã etiã adeo ſuperſti tioſe colebãt/ut in eorum Sacellis ſpuere religio eſſet. Verum uullũ firmius/& incorruptius templũ/q̃ pectus humanum inquit Lactã tius. Templorum autem loca optime deſignat Vitruuius/cum ait ædes ſacras ad Symentriam/& proportionem humani corporis be ne formati condi debere: Aedibus deorum ſacris/quibus in tutela Ci uitas eſſe uidetur, Ioui, Iunoni, & Mineruæ/in altiſſimo loco mœ nium/unde maxima pars conſpiciatur Curę diſtribuuntur. Mercu rio in foro, Iſidi, & Serapidi in Emporio. Apollini, & libero patri ſe cundum Theatrum. Herculi ad Circum. Marti extra urbem/ad cã pum. Veneri/ad portum. Vulcano/& Marti ſana extra murũ/ut nõ aſſueſcat in urbe Venerea libido/Incendiũ abſit/& armigera diſſen tio. Cæteriſq; Diis ad ſacrificiorum rationes aptæ templis aræ diſtri buendæ. Si circum uias publicas erunt ædificia deorum/ita conſti tuantur, ut pręterceuntes poſſint aſpicere, & in conſpectu Salutatio nes facere: Sed uirtutes, nõ uitia cõſecrari admonet Cicero.

Deos ſupra xxx. mil. fu iſſe ſcribit. M. Varro.

Geniales dii

Genius fili us deorum.

Auerũcus
Rubigo
Febris
Timor
Pallor
Mens
Stercutius
Priapus.
Hippo Ver tunnus.

ædiũ ſacra rum forma.

ædes ſacrę quibus ciui tas in tutela eſt quo loca ri debent.

De templo Romuli iuxta uiam ſacram/& forum.

¶Ante omnia placet templum Romuli cõditoris urbis deſcribere,

Tēplū Cosmæ & damiani martyrū

Iuxta uiam sacram ,& forū,Quod templū nunc sub titulo.S.Martyrum Cosmæ/& Damiani colitur/Quibus fœlix.iiii.dedicauit/ut in templi abside ex uermiculato opere apparet.Extant adhuc quædam ex priscis ornamentis uestigia/marmoreæ incrustationes / quibus totum antea incrustatum erat; & in primo aditu spærica species/cum foramine lucis causa/sicut in pantheo,Est enim templum uetustissimū,ut eius structura/& fornites ostendunt/ubi breuis porticus,& æreæ portæ/quæ antea/signis & æreis ornamentis erant cōspicue,

De templo pacis/& eius ornamentis.

Post hunc locum statim occurrūt ruinę templi Pacis, quod mira celeritate Vespasianus Imp,Post bella ciuilia extruxit:a Claudio ante inchoatum/Suetonius fecit inquit & noua opera / templum pacis foro proximum/fuit autem hoc templum omnium maximū/ut eius amplitudo adhuc apparet longitudine/& latitudine quadratæ formæ:ut etiam in eius principis nomismatibus uidere licet.In quo uasa & ornaméta:Tēpli Hierosolymitani/in triūpho Titi aducta reposuit:& uniuersa donaria in eo consecrauit/ut diuus Hieronymus tradit.Quorum simulacra adhuc extāt marmore incisa in proximo Titi arcu/Quæ Alaricus senior cum Romā cœpisset e templo abstulit. In his ferunt Salomonis fuisse preciosissimam supellectilem in gentis precii/gēmis ornatam.Templum pacis inquit Herodianus/ & Eutropius totum de improuiso/atq; quasi diuinitus exorto igne exarsit/ & incendio quod unum opus cūctorum tota urbe maximū fuit:atq; pulcherrimum,Idem templorum omnium opulētissimū/ egregieq; munitum/multoq; ornatum auro/& argento,Quippe uniuersi ferme suas illuc diuitias/quasi in thesauros congregabant. Cōflagrauit & uestæ templum/sic ut palladium quoq; conspiceretur, quod in primis colūt:atq; iu arcano habent Romani,Troia(ut perhibent)aduectum/ac tum primum postq̄ in Italiam uenit conspectum ab hominibus.Quippe raptum uestales uirgines media sacra uia in Aulam Imperatoris transtulerunt:fuit & tēplum pacis/quarta regio a ātiquę urbis ut supra dictum est.Aram uero pacis primus fecit Augustus/quam postea auxit Agrippa/de qua Ouidius in fastis.Ipsum nos carmen deduxit pacis ad arā / Hæc erit a mēsis fine secūda dies:explodēda est uana illa opinio imperitæ multitudinis/

Tēplū pacis diuinitus exorto igne exarsit.

Arā pacis fecit Augustus quā postea auxit Agrippa.

quę de templo pacis circunfertur singulis annis/nocte Natalis domini diuinitus particulam aliquam, uel fragmentum ruere/& qua nocte natus est maximam ruisse partem/quod absurdissimum satis esse constat, cum templum ipsum pacis annis prope.lxxx.post natalem Christi ab Vespasiano Imp.conditum fuerit. Si de ara pacis ab Augusto condita uelis intelligere/nec ipsa nunc/nec locus quidem ubi ea fuerit hodie reperitur.

De diuersis Concordię templis.

Concordiæ tēpla multi apud ueteres diuersis in locis extruxere. Camillus uouit ædem Concordię/si plebem patribus recōciliasset, & in foro(ut plutarchus tradit)excitauit: inter Capitolium/& forum/ut Varro asserit. Ouidius libro primo fastorū. Candida te niueo posuit lux proxima templo, Qua fert sublimes alta moneta gradus, Furius antiquam populi superator Ethrusci, Vouerat/& uoti soluerat ille fidē, Causa/q͂ a patribus sumptis secesserat armis Vulgus &/ipse suas roma timebat opes. Cuius ædis adhuc extat porticus octo colūnarū, unde centum gradibus ascendebatur ad templū monetæ/quod erat in arce capitolina/ut supra satis dictum est. Postea fuluius libertini filius ædem Concordię uouit/si reconciliasset ordinem Senatorū & equestrem/dedicauitq; in area uulcani/summa nobilium inuidia ex mulctatitia pecunia fęneratoribus cōdenatis, Auctores Liuius/& Plinius, Sequenti uero tēpore construxit/uel instaurauit Opimius Consul post gracchum/fuluiūq; trucidatos/summo populi dolore/ Vnde noctu Quidam scripsere ipsi templo uersum/Opus Vecordiæ templum concordię fecit. Sunt qui tradant etiam Manliū prętorem uouisse in gallia concordię templum iussu Senatorum/ut meminit Appianus. cum inquit, Senatus cōcordię templum erexit Liuia ob uiri cum ea concordiā, quod Tiberius dedicauit. Ouidius in fastis, Hanc tua constituit genitrix, & rebus/& ara, Templaq; fecisti/ quæ colis/ipsa deę. In quo templo tradunt Sardonicem gemmā aureo cornu inclusam Augustæ dono/quam gemmā fuisse(ut scribit Plinius)Polycratis samii tyrāni, cuius annuli fortunæ experimēto in mari demerso/captus piscis reddidit, fuit autem templum hoc cōcordię in porticu ipsius liuię: ut scribit Ouidius in fastis. Te quoq; magnifica concordia dedicat æde, Liuia/quam caro pręstitit illa uiro, Disce tamen ueniens ætas ubi liuia nunc est porticus/immensæ

tecta fuisse domus. Hæc etiam claudia porticus dicta est, sed ædificante Nerone euersa fuit/restituta postea sub nomine prisco a Domitiano. Martialis. Claudia diffusas/ubi porticus explicat umbras, Vltima pars aulæ deficiētis erat, fuit prçterea Area Concordiç/ubi sanguinem pluisse creditum est.

Porticus Claudia

Area cōcordiç.

De Templo Isidis & Serapidis in Emporio.

¶ Crediderunt Quidam ac litteris mandauerunt Templū cōcordiç quod modo descripsimus in porticu liuiç fuisse olim unum ex illis duobus conuictis. Quorū uestigia adhuc apparent in proximis hortis. S. Mariç nouç (quā Leo. iiii. extruxit Nicolaus primus instaurauit prius antiqua nunc noua uulgo appellatur/non q̄ sit in uia noua ut quidā putauerunt: cū sit iuxta uiam sacram) inter hanc ædem & Colosseum adhuc surgunt duo eiusdem formæ & magnitudinis templa sine tecto capitibus tantum sibi cohçrentia/congredientium more arietum/Quorum alterum Concordiæ, alterum Aesculapii tēplum fuisse tradiderunt. Ego uero haud debili ductus Argumento Isidis ac Serapidis templa esse crediderim, Ex. P. Victore/qui scribit Tertiam urbis priscç regiones fuisse Isidis/& Serapidis/inqua/ea tēpla erecta sunt. Quin etiam Vitruuius templa diis inquit sic distribuēda. Mercurio in foro Isidi & Serapidi in Emporio: Quod ibi fuerit Emporium affirmat. M. Varro de re rustica: huiusce inquam pomarii summa sacra uia. Item Ouidius de arte / Rure suburbano poteris tibi dicere missa, Illa uel in sacra sint licet ampta uia. Erat autē summa sacra uia/ubi nunc est arcus Titi/Emporiū/ubi nunc est Cenobium & horti. S. Mariæ nouæ. Est autem Emporium locus mercatus/& Nundianarum, ubi res uenales exponuntur.

Templū S. mariæ nouę iuxta uia sacra.

Tēplū Isidis & Serapidis in Emperio

Sūma sacra uia ubi?

Emporium quid?

De templo Telluris.

Templum Telluris in regione. iiii. antiquæ urbis fuisse scribit. P. Victor Palatio propius/q̄ exquiliis. Aedem Telluris a Sempronio uotā scribit florus/cum inquit, Domiti hinc picentes, Sed gentis Asculū/ Sempronio duce, Qui tremente campo/ Tellurem deā promissa æde placauit: ædem Telluris a Senatu/populoq̄ ro. factam scribit Val. Max. in area ædiū Cassii regnum affectantis, ut infra dicetur/inqua æde Patres frequenti Senatu de rebus arduis consultare cōsueuerāt/ quia erat tanq̄ Curia. Cicero in Philippicis: Ea die inquit/cū in ædē Telluris conuocati sumus/Antonius/ut scribit Appianus sequenti

Area edium Cassii.

die in Telluris templo haud longe ab ipsius domo Senatum habiturus/appropinquante die, Quidam in telluris templũ conueniũt. M. Varro de re rustica libro primo Sementiuis inquit feriis in ædẽ Telluris ueneram rogatus ab æditumo, offendi ibi. C. fundaniũ socerum meum, C. Agrium Equitem ro. Socraticũ & P. Agrasium publicanum spectantes in pariete pictam Italiam. Quid hic inquam, nũ feriæ sementinæ ociosos huc adduxere/ut patres & auos solebat nostros: ubi tãdem disputatur de re rustica in actus distincta, quam ipse Varro Dialogi more absoluit. Cicero/multa me mouent inquit/ & curationis meæ, ubi Armamentarium Telluris, Putant enim nõ nulli ad me ptinere Armamentariũ Telluris aperire, q; is, qui illud sustulit meã domum pontificũ iudicio liberatam esse dicebat.

Italia picta i pariete. Sementine feriæ

Armẽtariũ telluris.

Area Cassii

¶ Erat præterea ante Telluris templũ Area ex dirutis ædibus Cassii regnum affectantis/a patreq; necati, ex cuius peculio Cereri Signũ factum/inscriptũq; ex familia Cassia datum/ut tradit Liuius, Val. max. ita scribit, In solo. S. P. Q. R. ædẽ Telluris fecit, Itaq; quod prius Domicilium potentissimi uiri fuerat, nunc religiosissimæ seueritatis monumentum est.

Aequimelium.

¶ Simile prope factum. SP. Melii, a quo æquimelium dictũ prope busta gallica locus domus. SP. Melii equestris ordinis regnũ affectãtis, Quo dãnato, eius domus solo æquata, & illic area facta, consensu patrum, & populi, Vnde locus postea æquimeliũ dictus est. M. Varro ait Aequimelium/q; æquata Melii domus publice, q; regnũ affectasset, is locus ad busta gallica, q; roma recuperata/Gallorum ossa ibi coaceruata fuerint. Area uero domus eius quo iustitia Supplicii notior ad posteros perueniret, æquimelii appellationem traxit. Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices satis expresse hæc loca cũ domo sua, & ædibus. M. Vacci in palatio/enarrauit, ubi dicit Iouis Statoris ædem fuisse in radice palatii, de qua satis superius dictũ est. Cum inquit in oratione ad Quirites. Teq; Iuppiter Stator, Quẽ uere huius Imperii statorem maiores nostri nominauerunt cuius in tẽplo hostilem impetũ Catilinæ reppuli a muris/cuius templum a Romulo/uictis Sabinis in Palatii radice cũ uictoria collocatũ est/oro/ atq; obsecro ferte opem pariter reip. Lilius æquimelium fuisse sub

Gallorum ossa.

ædes Iouis Statoris ĩ radice palatii.

capitolio tradit:cum inquit Substructionem super æqnimeliumin Capitolio Censores locauere.Idem in eodem fœdum incendium inter Salinas,& portam carmentalem/cum æquimelio/iugarioq; uico late uagatũ/in tẽplo fortunæ,& matris matutæ:& spei extra portam.

De bustis gallicis.

S. Mariæ in portu gallo. Galli Senones.

¶Inter hortos nunc.S.Mariæ nouæ,colosseum,& exquilias fuerũt olim busta gallica qui locus hodie ab imperito uulgo dicitur corrupto uocabulo portus gallus/extat rei testimonium Turris & ędis.S. Marię,&.S.Andreæ in portu gallo.Eruditiores autem busta gallica appellãt,ita dicta q; illic Galli Senones sepulti dicũtur.Qui Romã præter Capitolium diripuerunt/partim morbo,partim ferro interfecti:Gẽs/ut scribit Liuius humori,& frigori assueta/langore,& morbo tanta uis hominum breui assumpta,ut humãdi tedio plura corpora in unum coaceruata concremarent,Quę res ad posteros nomẽ loco dedit,ut Gallorum sint busta nuncupata,atq; ipsa die media in urbe/quę nũc busta gallorum sunt.Postera die citra Gabios Camillus superueniens Gallorum legiones cecidit.Is enim absens/& exul dictator creatus Gallos uictoria exultantes/collecta ex agris multitudine oppressit.Aurum/& cęteram prędã sustulit/miliario.viii.uia labicana:quo se ex fuga contulerant auspicio Camilli uincũtur.Vnde secundus post Romulum/urbis cõditor uocatus est. Senonas inquit Verrius quasi Cenonas q; noui uenerunt ex cisalpina gallia.Ce non enim nouũ uocant.Galli.n.duce Brenno,Romam pręter Capitolinm capientes totam diripuerunt/& diruerunt.ferunt illam intra annum muris publicis fuisse renouatã,facta copia unicuiq;/etiã in uiis publicis ædificandi:de bello autem Senonũ satis multa Liuius & plutarchus.

Brẽnus gallorũ Dux.

De Carinis.

¶Carinæ olim locus erat carinæ inuersæ instar in Exquiliis/incipiebant aũt a Tabernola/quę erat olim in eo ambitu/ubi nũc est ædis. S.Petri & Marcellini uia labicana,& per supercilium proximi equilini mõtis/protendebatur usq; ad busta gallica,& inde usq; ad ædẽ. S.Luciæ in Silice unde locus hodie uocat̃ corrupto uocabulo Carra.i.Carinæ sub quibus uia quæ Subura est dicta q; sub muro terreo carinarum protendebatur ut supra dictum est. Varro tradit Carinas cum cœlio iunctas.fuit olim in Carinis Domus Pompei magni: &

ludus Pōpei Lenęi eius ipsius liberti:qui fuit omniū expeditionum ipsius comes,Quo defuncto schola se sustētauit:docuitq; in Carinis & Telluris æde:fuit preterea in Carinis auita Ciceronis domus,quā M.Cicero.Q.fratri dedit:ipseq; in palatio mōte habitauit/ut propin quior esset foro.In Carinis etiā dicit̄ nutritus Cæs.Augustus.Inter Carinas/& uicū cypriū fuit olim tigillū sororiū,ubi sub iugū missus fuit.M.Horatius/ut sororis cęde expiaretur.Quidā uero tradunt ex cōuentione Tulli hostilii/& Metii Suffetii uocatū.Carinas inquit M.Varro/ab eo dictas/ꝑ hinc oritur caput uia sacræ,alio nomine Cerionia uocata/Virg.Lautas appellat Carin is,cū inquit/passimq; armenta uidebat, Romanoq; foro,& lautis mugire Carinis/lautas enim(ut creditur)dixit ꝑpter elegātiā ædificioꝝ,fuit Quinimo i eo ambitu Regia Seruii Tullii/& uicus sceleratus,ubi eius regis cędes cuius meminit Oui. in Fastis Ipse sub Exquilis/ubi erat sua regia cęsus:Occidit/& dura sanguinolētus humo:ubi Dianū,Liuius Tū Tarquinius īquit mediū arripuit Seruium Tulliū elatū e/curia:in inferiorem partem per gradus deiecit/cum iā semianimus regio comitatu in regiam se reciperet,ꝑuenissetq; ad summū cyprium uicū ab his,qui missi a Tarquinio fugientē consecuti erant, interficitur. Cyprius uicus non a Cypro insula,Sed q Sabini Cypron bonum uocant/ut scribit.M.Varro.

Regia Seruii Tullii.

De domo aurea Neronis.

Nero princeps/ut scribit Suetonius,domū a Palatio exquilias usq; fecit instar magnæ urbis/ꝑtēdebaturq; usq; ad Męcenatis turrē / ut quidā tradunt.Ea incipiebat inter Cœliū/& palatiū/ut scribit Tacitus.In qua qdē domo ædificāda multas diruit ædes.Martialis.Hic ubi miramur uelocia mūera thermas abstulerat miseris tecta supbus ager,& subdit Vnaq; iā tota stabat in urbe domus.Vrbis opus domus una fuit,spatiumq; tenebat. Quo breuius muris oppida multa tenent.Hæc æquata solo est:nullo sub nomine regni.Sed quia luxuria uisa nocere sua est. Vnde ex ea uastitate distichon emissum. Roma domus fiet,Veios migrate Quirites,Si non & ueios occupat ista domus.Quā primo trāsitoriam,mox incendio cōsumptam atq; deinde instauratam/auream nominauit,Non enim alia in re/q̄ in hac domo ædificanda dānosior fuit.Vestibulum eius erat,in quo

Trāsitoria domus aurea ornamēta.

aũt ambitũ ad tiberim muro cõplexus omnẽ muniuit/ut tradit procopius. De cãpo Martio satis multa Ouidius. Liuius, & Dionysius qui ita scribit Decretũ cõsiliũ/deinde bona omnia tyrãnorũ ferentes in publicũ Ciuibus omnibus exposuerũt/ut quicũq; ex eis caperent quisquis obtineret/agrũq; omnẽ: quãtũ illi possederãt, His/qui nullam haberẽt sortẽ diuiserũt: Vnũ tantũ capiẽtes campũ, qui inter urbem/& tiberim iacet: quẽ sacrũ esse Marti antea decreuerunt, equis pratũ, atq; iuuenibus ad bellicas exercitatiões ludũ oportunissimũ. Hunc campũ priusq̃ Marti sacrũ ascribẽs sibi Tarquinius seuerat. Nã cũ cętera tyrãnorũ bona populo auferẽda cõcessissent, sed quod in cãpo illo natũ erat frumentũ/aliud in areis adhuc iacẽs, aliud in culmis: & quod iã tritũ erat auferre nemini permiserũt: sed ut execrabile, nec idoneũ/qđ in ædes portarẽt, iaciẽdũ furcis in flumẽ esse decreuerũt: unde ĩsula creuit tiberina/una cũ romana libertate ibi orta

INSVLA TIBERINA.

¶In mediis tiberinis fluctibus assurgit insula tiberina, quę apud ueteres dicebatur insula Iouis lycaonia: quę ex materia deiecta ex agro Tarquiniorũ creuit. Quã ita describit Oui. lib. v. met. Scinditur in geminas partes circũfluus amnis. Insula nomen habet, laterũ quę a parte duorũ Porrigit æquales media tellure lacertos. de qua Dionysius/extat hodie inquit eius rei/quę de materie creuit/quę in campo martio disiecta erat ex segete regia, & in tiberim proiecta/oblitaq; limo paulatim insulã fecit: adeo firmã saxorũ molibus/ut in ea fuerint porticus/& tẽpla. Nã tria illic olim erant tẽpla/Iouis/Aesculapii, & fauni: Sed insula æsculapio sacra: ꝑpter eius Simulacrũ ex Epidauro urbe/monitu Sibyllinorũ Car. aduectũ, unde formam eius nauis qua deuectum est, locus accepit: Cuius prora, ubi fuit templum Fauni fluctibus cessit: Carina/& Puppis integra manet, ubi olim fuit æsculapii templum iunctum Iouis delubro. Ouidius in fastis Accepit phœbo: nymphaq; Coronide natum Insula diuidua/qua premit amnis aqua: Iuppiter in parte est, cepit locus unus utrumq;: Iunctaq; sunt magno templa nepotis auo. Liuius in Insula inquit Iouis ædem. C. Seruilius duum uir dedicauit uota erat sex annis ante gallico bello a. L. Furio purpurioñe pretore, ab eodẽ Cõsule locata. Vitruuius libro. iiii. Prostyli inquit exẽplar est in insula tyberina in æde Iouis/& fauni Ouid. in Fast. Idibus

Insula Iouis lycaonia.

Templũ Iouis/ Aesculapii & fauni.

agrestis fumãt altaria fauni. Hic ubi discretas insula rũpit aquas. Liuius. Cn. Domitius œnobarbus inquit, &. C. Scribonius ædiles multos pecuarios ad populi iudiciũ adduxerũt. Tres ex his dãnati sunt: Et eorũ mulctatitia pecuniã ædẽ in insula fauni fecerũt. Fuit autem templũ fauni in capite ipsius insulæ ubi tiberis in duas ptes diuiditur. Cuius hodie nullũ apparet uestigiũ: nã tiberinis fluctibus cessit In ea insula exponebãtur olim ægroti, quia æsculapius, cui cõsecrata est, medicinę deus habet: & ob hãc sciẽtiã in deo℞ numerũ acceptus, ut scribit Cor. Celsus. Erat in eadẽ insula ad æsculapii tẽplum Nosocomiũ. i. ægrotorũ Domiciliũ, quod diuus Hieronymus uillã languẽtiũ interpretat: ubi agrotãtes curabãtur. Vnde apud Aristophanẽ in Pluto. In æde æsculapii inducũtur languẽtes ut medelarũ fomẽtis resocillẽtur: & apud Plautũ in Gurculione inducitur leno cappadox lienosus: lecorosus: Pulmonarius in fano æsculapii incubãs. Cuius uestigia adhuc apparẽt in hortis. S. Bartolomei: cuius propinqua ædis a Gelasio. ii. cõdita/uel istaurata putat. Visitur adhuc ibi forma nauis ex tyburtino lapide: ubi in latere reptãtis serpẽtis Simulacrũ inspicitur/qui æculapii genius eẽ credit: de quo satis multa Liuius/& Oui. lib. ultimo met. Plinius. Atqui inqt Anguis æsculapius Romã aduectus est/uulgoq; pascitur, & i domibus: Cœpisse igitur credo nauis formã, ubi iã trãstra cũ reptãti serpẽte apparent. Adeo uiri illi excellẽtes: rerũq; studiosi uel naturã i artẽ redigere uel artẽ in naturã. Sed iã ad martiũ cãpũ vñ digressi sumus: redeamus.

Aedis fauni ex mulctatitia pecunia facta.
Templũ fauni in capite insulæ.
Nosocomiũ pauperum.
ędis. s. bartolomei appostoli.
Forma nauis e tyburtino lapide.
Anguis æsculapius.

DE ORNAMENTIS CAMPI MARTII.

Veteres illi Romani inquit Strabo/necessariis rebus magis intenti urbis pulchritudinẽ contẽpsere: posteri uero innumerabilibus/& pclarissimis impleuerũt insignibus. Pompeius enim/& diuus Cæsar/& Octauius: & eius filii, & familiares, & uxor, & soror cunctarum studium simul/& impensas ad prẹparanda decora superarũt. Maximã aũt partem martius campus habet præter natiuam campi uiriditatẽ artis & solertiæ exercitationes campi enim admirabilis magnitudo ac curules pariter cursus/& alia equestria certamina expedita suppeditat/nectam multis pilam/circulum/palestram exercitatione tractantibus aliqua incumbentium simul opera / Quid perennes solo herbas? Coronatosq; ad fluminis alueum colles? Scęnicarum ostẽtatio picturarũ eius generis spectacula præstãt/ut difficulter/& inui-

tus ascedas. Huic proximus campo & alter adiacet minor campus: cuius meminit Catullus cum inquit Si me quęsieris minore campo: tum innumerabiles circum circa porticus: horti numerosi. Theatra tria simul, simul & Amphitheatrũ: Templa magnificentissima interse cõtigua: ut quasi aliud agẽtia. Reliquã urbis uenustatem ostentare uideãtur. Et pręterea cũ locũ istũ religiosissimũ esse cogitassent/Clarissimorum uirorũ/& fœminarũ monumẽta in eo cõstruxerũt, Cuius cãpi ornamẽta scribit etiã Martialis libro. ii.

Theatra tria.

Augusti mausoleum.

Cõmemoratiõe dignũ est ꝙ Mausoleũ appellatur excelsis fundatũ molibus, lapide niueo: & ꝑpetuæ uiriditatis arboribus coopertũ in summũ usqꝫ uerticẽ cubitoꝝ. CCL. ad fluminis ripã aggeratũ. In summo aũt positũ est Simulacrum Augusti ex ære: sub aggere ipso sunt eius loculi: & cognatorũ, & necessariorũ: atergo uero locus est mirifica continẽs ambulacra. In medio aũt campi spatio busti extat ambitus, & hic ipso niueo perfectus lapide: ferreos in circuitu cancellos habẽs: & plan: atas per se ferẽs populos: Mausoleũ primũ sepulchrũ Mausoli regis ab Artemisia eius uxore extructũ. Ad huius postea similitudinẽ Augustus sepulchrũ sibi in cãpo Martio erexit: addidit pręterea porticus pedũ mille: & hortos: & nemora miræ pulchritudinis. Suetonius in augusti funere. Reliquias inquit Mausoleo cõdiderunt, id opus inter flãminiam uiã, ripãqꝫ tiberis sexto suo cõsulatu extruxit. Virgilius libro. vi. æn, in Marcelli funere, Quantos ille uirum magnã mauortis ad urbem Campus aget gemitus, uel quæ tiberine uidebis funera, cum tumulũ pręterlabere recentem. Cuius etiã loci meminit Cassiodorus in Epistolis. Ipsius aũt Mausolei extãt hodie magnæ ruinæ iuxta tẽplũ nũc. S. Rocchi ante hos annos ex ære collato excitatũ. Molesqꝫ ipsa sphericã habet formã reticulato opere circunquaqꝫ extructa, ubi multa ex profunda tellure marmora erui uidimus/inter quę breue quoddã Epitaphiũ cuiusdã liberti augusti a marmoribus uidelicet.

D. M.

VLPIO MARTIALI AVGVSTI LIBERTO AMARMORIBVS. Erat olim in eo ãbitu (ut supradictũ est) nemus populeũ unde postea portã nũc populi, & ꝓpinquũ. S. marię de poplo tẽplũ nomẽ accepisse crediderim, nisi locus a populi frequentia dicatur.

Nemus populeum.

Qui hodie totus occupatus est domibus usq; ad ripam tiberis/ubi domorũ isulæ prisco more/& uiæ regularibus funiculis ad amussim directæ, sed ea precipue quæ nuper designata est a templo populi usq; in centrum nunc urbis. Quæ regio in angulo martii campi coartata quasi noua aduentiorum colonia deducta excisalpina potissimũ Gallia/& Iluria/unde modo Lombardia/modo Sclauonia ab incolis nũcupatur/qui locus factus est celebrior ob imaginẽ diuæ uirginis deiparæ quæ nuperrime in quadam fumosa prosceuca in proximis menibus iuxta tiberim/coli/frequẽtariq; cœpta est proximo Iubilei anno. M.D.XXV. Die. XX. Iunii.

De antiquo Horologio campi Martii.

In parte Martii campi, ubi nunc est. Templum. S. Laurentii in Lucina in Capella noua Capellanorum fuit olim basis illa nominatissima/& Horologiũ superioribus annis effossum, quod habebat septẽ gradus circum/& lineas distinctas metallo inaurato, & solum campi erat ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas easdem, & in angulo quatuor uenti erant ex opere musiuo cum inscriptione BOREAS SPIRAT.

De Septis Campi Martii.

Septa generali uocabulo dicuntur loca munita, & quędam sepimẽta uallata, quibus animalia continentur. Virgilius in bucolicis. Quãuis multa meis exiret uictima septis, unde quadam similitudine loca in cãpo martio tabulis, siue lignis inclusa dicta sunt, in quibus stãs populus ro. suffragia ferre cõsueuerat. Martialis ita inquit In septis mamurra diu multũq; rogatus: dicũtur & ouilia. Lucanus & miserę maculauit Ouilia romæ. Sed Lucanus non de septis (ut creditur) sed de uilla publica intellexit/ubi. ıx. debitorum cæsa dicũtur auctore Sylla. Erant enim Septa locus lignis (ut supra dictũ est) inclusus ad creandos magistratus deputatus. Eaq; fuisse scribit Liuius iuxta uiam flaminiam, & uiam fornicatam, Satis constat locũ fuisse in eo ambitu, ubi nunc est colũna Cochlidis Antonini pii, iuxta montem Citatorum/unde nomen accepit. Suetonius in Cæsare cunctatum inquit Vtrum ne in martio campo; per comitia, & tribus ad suffragia uocantem partibus diuisis e ponte deiicerent, atq; exceptum trucidarent/an in sacra uia/an in aditu Theatri Pompei adorirẽtur. Quem suffragorum morem Augustus sustulit: ut scribit

Tacitus cum inquit Comitia prius e campo ad patres trãslata sunt ab Augusto Suetonius Item/Comitiorum quoq; ius pristinum reduxit/atq; triplici pœna coercito ambitu,& ipse suffragium in Tribubus ferebat/sicut unus ex populo,Quę diu intermissa ab Hadriano Imp.demũ reuocata fuisse scribit Spartianus.In hunc locum ex propinquo colle hortulorum descẽdebant Canditati qui magistratus petituri erant.Cicero ad Atticum Rem inquit gloriosam/marmorea sumus,& septa facturi.Eaq; cingemus excelsa porticu,ut mille passuũ conficiatur.i.porticus milliaria,Simul adiungetur huic operi Villa publica,Quod nec ipse Cicero,nec alius fecit/bello ciuili impediti.Fuit preterea iuxta Septa templum Neptuni cum porticu pulcherrima/ut scribit Dion.quẽ locum.M.Agrippa multis ornamentis decorauit.fuerunt/& Septa agrippina/quorum meminit Lampridius his uerbis,Instituerat & Alexander seuerus basilicam alexandrinam inter campũ martiũ & Septa agrippina,fuit & Campus agrippæ in regiõe uiæ latæ sub Quirinali/& fortasse ibidem ea Septa.fuerunt item Septa trigaria in regione Circi flam.de quibus Plinius libro ultimo,Ne equos quidem in trigariis praeferri ullis uernaculis animaduerto.

Templum Neptuni

Septa agrippina.

Septa trigaria.

De templo Isidis iuxta Septa campi martii.

¶ Satis constat tẽplum Isidis fuisse olim iuxta Septa campi martii ut scribit Iuuenalis cũ ait a meroe portabit aquas/ut spargat in ædẽ Isidis antiquo/quę proxima surgit ouili/quidam scribũt templum Isidis fuisse/ubi nunc est ecclesia.S.Mariæ in uia lata,sed non congruit carmini Iuuenalis/quoniã multũ distaret ab ipsis septis/quę erant olim in eo ambitu ubi nunc surgit Colũna Cochlidis Antonini pii/ut supra dictũ est/nec desunt qui scribant templũ Isidis fuisse ubi nunc est ædis.S.Mariæ in Aquiro/extant adhuc in propinquo templi hortulo Colũnæ quædam erectæ/ut supra diximus/Quod magis congruet Iuuenalis carmini.Fuit autem Isis in magna ueneratione & eius sacra ex egypto aducta.Vnde Lucanus.Nos in templa tuam romana recepimus Isin,Semideosq; canes,& sistra iubẽtia luctus.Lampridius in Comodo Ant.Imp.Sacra inquit Isidis ita coluit,ut & caput raderet,Isiacos uero pineis usq; ad perniciẽ pectus tundere iubebat,Cum Anubin portaret Capita Isiacorum grauiter tundebat ore Simulacri.Iosephus.xx.antiquitatum Iudęorũ tradit

Edis.S Mariæ i uia lata

Colũna cochlidis ędis S.mariæ in Aquiro.

Anubis.

Templum Isidis funditus euersum esse romæ iubente Tiberio/statu·m Isidis in tiberim deiectam, Sacerdotes Isiacos in cruce sublatos/ob scelus, quo matronā adulterio tanq̄ deo Anubidi prostrauerunt. Nam in templo Isidis multa fiebāt lenocinia. Vnde Ouidius de arte Neu fuge niliacæ mēphitica sacra iuuēcæ. Multas illa facit/quod fuit ipsa Ioui. Iuuenalis Item: aut expectatur in hortis, Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ. Idem pręterea Iosephus de bello, & triūpho iudaico ita tradit, Vespasianos/qui in Isidis templo nocte quieuerant/ad octauianas deambulationes transiuisse/ubi eos Senatus, & honorati Equites præstolabantur. Dion. de templo Serapis & Isidis ita tradit. Ignis diuinitus potius q̄ ab homine Romæ excitatus, eaq̧ depopulatus, & Serapis, & Isidis tēplū, & Septa, Neptūni ædem, Thermas Agrippæ, Pantheon, Diribitorium Balbi, Theatrum Pompei, Porticū Octauiæ, Domū cum Bibliotheca Iouis Capitolini. cū ædibus, & Sacellis coniunctis conflagrasse. Colebatur aūt Isis una cum Osiride uiro/qui/& Serapis dictus est. Tria fuisse olim in urbe Isidis præcipua templa inuenio, unū de quo nunc agimus. Alterum in summa uia sacra in Emporio, ut supra dictum est.

Isis antnodo rica.

Tertium Isidis Antenodoricę in regione piscinæ publicę/ad caput uiæ nouæ/ab Antonino bassiano conditum, iuxta ipsius Thermas/de quo Spartianus Sacra inquit Isidis primum per hunc Romam delata/& templa magnifice ei deę fecit. ubi ante hos annos fragmēta quędā marmorea eruta/cū inscriptione intercisa/& mutilata huiusmodi. SAECVLO FELICI ISIAS SACERDOS ISIDI SALVTARIS CONSECRATIO. In altero fragmento/sic/ PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMANAE REIP. ARCANAQ. MORBIS PRAESIDIA ANNVANT QVORVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE.

Isis patritia.

Fuit pręterea Isis patritia in regione exquilina ut scribit. P. Victor. Fuit item in regione. ix. Circi flam. Iseum, & Serapeū, quę erāt loca publica/alterum ab Iside: alterum a Serapide dictum/Ea fuisse creduntur iuxta arcum nunc Campiliani sub proxima æde. S. Stephani cognomento Caci: ubi nuperrime Nili flu. Marmoreum mirę magnitudinis Simulacrum effossum uidimus/& in eodē marmore Ranarum/& Lacertarum parua quędam signa/quę batracos/& Sauros operis structores ita illi uocabantur/cęlauerunt/ea tantum

Iseū & serapeum.

Simulacrū Nili flu.

mercede contẽti ipsorũ ut eiusmodi reptilia sua nomina exprimẽtia/ scalperentur. Lampridius in Alexandro seuero. Iseum/ & Serapeũ inquit decenter ornauit additis signis deliacis/& omibus mysteriis a Delo insula/ubi laudatissima fiebant/auctore Plinio praeterea Museum, Iseum, & Serapeũ publica Alexandreę auditoria erãt/& aedes a Musis/& Serapi/& Iside dicta/In eodem ambitu multa etiam marmorum fragmenta effossa/ubi & Tiberis simulacrum cũ pueris Romulo/& Remo conditoribus urbis Nutricis lupę ubera sugentibus & utrũq; Simulacrum & Nili & Tiberis in Vaticanum de atũ est. Nec desunt qui uelint hoc in loco fuisse olim porticũ Octauiae/sed ueri simile non est cum ea porticus fuerit iuxta Theatrum Marcelli ut supradictum est.

Simulacrũ tiberis flu.

Porticus octauiæ.

DE TEMPLO MINERVAE CHALCIDICAE.

¶ Fuit & templum Mineruæ Chalcidicę, cuius adhuc extant uestigia in proximo Cęnobio fratrum. S. Mariæ supra Mineruam unde cognomẽtum locus sortitus est. Extant aũt undiq; eius templi parietes quadratæ & oblongę formę sine tecto/erat enim templum non magnum testudinatum incrustatum multisq; ornamẽtis decoratũ: uisitur adhuc eius forma in hortis fratrũ prædicatorũ. S. Dominici/ p multos hactenus ãnos incultũ ac deformatũ, & nulli rei usui seruiẽs nisi imũditiis. Nũc uero ibi cellulę fratrũ extructæ ueteribusq; superadditæ opera/& impẽsa Clementis. vii. Quod tẽplũ Pópeius magnus condidit, & in eo triumphalia dedicauit: ut scribit Plinius lib. vii. nat. hist. cum inquit, Toties Imperator, anteq̃ miles, postea ad tota maria, & deinde Solis ad ortus missus hos retulit titulos, more sacris carminibus uincentiũ, neq; ipsi coronantur, sed patrias suas coronant, Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruæ quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius magnus Imperator bello xxx. annorum confecto, fusis fugatisq;/occisis, & in deditionem acceptis hominũ centies uicies semel. lxxxiii. millibus/depressis/aut captis nauibus. DCCCLV. oppidis, castellis/mille qngentis. xxxviii. in fidem acceptis terris a Męotis lacu ad rubrum mare subactis/merito Mineruæ hoc breuiariũ eius ab oriẽte: Triumphũ uero cũ oram maritimã a prædonibus & Imperiũ populi ro. restituisset, ex asia, põto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, insula Creta, basternis, & super hæc Mythridate, & Tigrane triumphauit.

De Templo quod pantheon prius dicebatur: nunc.S.maria Rotunda.

¶Extat hodie Templum prope integrũ ab antiquis Panthœũ nuncupatum mira altitudine/spatiosis molibus fornicatum / Sphœrica forma/& ueteri structura/Symẽtria/ac diametro cõcinãtũ/sicut etiã hodie apparet, Vnde ea ædis.S.Maria Rotunda/a iunioribus dicta est/inter uetusta urbis ædificia satis conspicuũ templũ,Quod Agrippa struxit teste Plinio,nec desunt,qui asserant/non ab Agrippa/sed Augusto antea conditum templum, Porticum uero ab Agrippa postea superadditã.Sed Pli.lib.xxxvi.nat.hist.ab Agrippa factũ asserit cũ inquit Pantheon Ioui Vltori ab Agrippa factũ.Itẽ Agrippæ Pãtheon decorauit Diogenes/Atheniensis/& Carsacides, Quinimo & in nomismatibus Agrippæ satis expressa & tẽpli/& Porticus forma apparet/& in frõtispicio Cubitales litteręͅ titulũ ostendũt.uidelicet

.M.AGRIPPA.L.F. COS.TERTIVM. FECIT.

Qui in restauratiõe eius semper idem instauratus est.nam & ab Hadriano Imp.restitutum opus ut scribit Spartianus:deinde ab Septimio Seuero/&.M.Aurelio Antonino ut minores litterę infra ostendunt uidelicet.IMP.CAES. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX ARABICVS PARTHICVS PONT.MAX. TRIB.POT.XI. COS.III.PP.PROCOS.ET IMP.M.AVRELIVS ANTONIN.FELIX. AVG.TRIB.POT.V.COS. PROCOS . PANTHEVM VETVSTATE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT.Dictũ Pantheon/ut scribit Dion.siue q matri deũ/atq omnibus diis sacrũ esset,siue q mundi formã haberet/qui propterea pantheon appellãdum censet,Nam cum Agrippa illud absoluisset/uoluit Augusto dedicare.sed ille respuit:dedicatũq est in honorem Martis/& Veneris & eorum statuæ pręcipuę illic locatæ/inter quas & deorum omniũ statũculæ,& in pronao templi a dextris & sinistris simulacra Augusti/& Agrippæ.Fuisseq in eo tẽplo scribit etiã Macrobius in saturnalibus Simulacrum Martis/& Veneris/& unionem miræ magnitudinis/& taxationis/quem Cleopatra in auribus gerebat,cujus magnam partem per acetum consupserat in Conuiuio quo.M.Antoniũ sumptibus superare põtenebat:quę uno haustu centies Sestertiũ ebibit ut scribit Plinius libro.x.Sed qui superfluit/uicta regina

capta ægypto/Romã delatus diſſectuſq́ eſt/& factæ ex una margaritæ duę poſitæ Simulacro Veneris monſtruoſæ magnitudinis in templo quod Pantheon dicitur Ioui Vltori dedicatũ/ut ſupra dictũ eſt. Extant templi portæ æreæ miræ magnitudinis uetuſtate conquaſſatæ ueteri ſtructura ſatis olim exornatæ cũ ereis ſupta ipſam portã cãcellis tẽplũq́ ipſũ intrinſecus externo marmore/ac uerſi colore cõſpicuũ. ubi lithoſtrotũ lapidũ diuerſitate decorũ. Et colũnę circũquaq́ ſtrictura,& epiſtiliis cõcinnatæ/ubi & Sacella/in qbus p ambitũ ſtatuæ olim collocatæ erãt. Plinius Syracuſana inquit ſunt in pantheo capita colũnarum a. M. Agrippa poſita/In colũnis templi eius probantur inter pauca eius opera: ſicut in faſtigio poſita ſigna/ſed propter altitudinem loci minus celebrata. In honore eſt in eo templo Hercules/ad quem Pœni omnibus annis humana ſacrificant uictima humi ſtans ante aditũ templi Agnationes ſitæ: extat ad huc eius tẽpli cõcamerata teſtudo miro artificio laqueata/& i ſũmo uertice ſphæricum foramen, unde liberũ cęli lumen admittitur. Verum ne ſua mole extructa rotunditas grauaretur / uacui circunquaq́ Specus ab imo ad ſummũ uſq́ relicti ſunt. Marmorata intus tota ædis/aut incruſtata / exterius uero tectorio illita / a fronte uero ęreis laminis argento/auroq́ illitis/ut adhuc ſigna apparent. Altitudo interior latitudini ex Diametro ęqualis habetur. In medio tẽplo extat. Impluuiũ ad excipiendos ſuperioris foraminis decidentes imbres. Ne credant Sobrii Anicularũ fabellam/quę uulgo circũfertur de hoc tẽplo/q̃ a Cacodęmone fuerit cõditũ/cum ſatis cõſtet ipſum a. M. Agrippa Auguſti genero fuiſſe extructũ ut ſuperius dictũ eſt. Tectum uero/quod nunc ex chartis plumbeis ante hos annos a Nicolao. v. inſtauratũ, Argentis laminis apud ueteres coopertum dicitur, Quas Conſtantinus. iii. Heraclii Nepos Romam ueniens ſuſtulit, Is quinta poſtq̃ in urbem ingreſſus eſt die/ad direptionem conuerſus/Omnes ſtatuas ex ære,& marmore ad ornatum urbis, omniaq́ Eccleſiarum ornamenta paulo decẽtiora diſtrahit,& nauibus ad id præparatis imponit, Pluſq́ ipſe ſeptem diebus urbi detraxit, q̃ barbari ante ducentis quinquaginta octo annis. Nam Syracuſas ea ornamenta detulerat, ubi dolo Mezentii/dum in balneis libidini uacaret/interfectus. Eo propterea ex omnibus prouinciis romanis profecti milites ad opprimendum Mezentiũ, Quo ſublato/cum omnes

Statuæ in faſtigio panthei poſitæ.

passim superuenientes cum magna classe Sarraceni, Et Syracusas & totam insulam occupauerunt, Vnde postea onusti præda Alexandream redeuntes/urbis quoq; Romæ ornaméta secũ detulere, Quæ Constantius Syracusas deuexerat: eo animo/ut inde Constantinopolin traiiceret. Pantheon autem Bonifacius. iiii. patria Marsus a phoca Imp. obtinuit/consecrauitq; in honoré diuę Mariæ uirginis deiparæ/& omniũ martyrum Christi eiectis primum gentium Simulacris/lustratoq; templo unde postea Virgo ad martyres dicta est. Ipsum uero Pantheon haud dubie cętera urbis templa magnitudine lapidum nitore/& priscis ornamẽtis superat. Ad quod Virgilius libro primo æn. alludere uidetur/cũ Iunonis illud Carthaginense describit. Notandum hoc in loco Omnia tépla apud ueteres in sublimi condita/gradibus ascendi/atq; unũ tantũ habere aditũ, ex quo deprændi potest quantũ ruinæ creuerunt romæ. Nam Pantheon totidem gradibus prius ascendebatur/quot nunc descenditur/ut superioribus annis experimentum uidimus, effossa ante tépli aditũ/area quadrato lapide/tyburtino strata. Extat hodie templi Protyrion. i. locus ante portã. Extructa porticus colũnis ingentibus/eiusq; tectũ æreis trabibus inauratis/canalium modo conpactis. Colũnæ uero/quibus attollitur, multis ante sęculis sordidissimis diuersorum quęstuum tabernis/quibus obsidebantur/occultæ/opera/& impẽsa Eugenii. iiii. emundatæ in priorem nitorem redactæ/mirabilis ædificii pulchritudinem ostendũt. Nostra uero memoria/sublatis quibusdã casulis, & eiectis inde ruderibus, & ĩmunditiis quibus omnia opplecta/opertaq; erant. Ipsumq; Panthœum in insulam redactum/undiq; peruiũ/ac prope circunquaq; absolutũ. Eminent hodie ante templi aditum ex priscis ornamentis duo pari forma leones ex Marmaridũ lapide sub nigro suis basibus collocati cũ hieroglyphicis notis inter porphiretica labra/e ꝓximis. M. Agrippæ/& Neronis (ut creditur) thermis/post ruinas ibi collocata.

Pantheũ a bonofacio iiii. cõserua tum.

Ad oĩa templa apud ueteres gradibus ascẽdebatur.

De Templo boni euentus.

Boni Euentus Templũ satis constat fuisse iuxta Pantheon, sed quo in loco/diu dubitatũ est, Verum cum illud ego curiosius inuestigarem, subito eius templi quadrata/atq; oblõga/adhuc integra forma inter ruinas occurrit, Magistris uiarũ excitãtibus nouam ꝑllic uiã a platea nunc. S. Eustachii/usq; in plateã Mineruę peragendã inter

proximum Pantheon/& amplissimas/quas nunc a fundamentis ex citat ædes, & palatium Magnificus uir/ac prædiues. D. Marius Pe ruschus fisci procurator/qui per mediam boni euētus templi longi tudinem eiecit fundamenta/reliqua uero pars occupatur uia/de qua supra dictū est. Apparet adhuc illic laqueariū signa quos stucchos uocant sicut in Pantheō/& Hiperstylia colūnarū/quæ iussu nuper Nicolai. V. In uaticanū delatæ sunt. Colitur aūt Euentus ut omnia nobis eueniāt prospere/& feliciter. M. Varro de re rustica ad funda niā uxorem ita inquit Nec nō p̄cor lymphā/& bonū Euentum/quo niam sine aqua/omnis arida est agricultura. Boni Euentus Simula crum species erat pauperis habitu/dextra manu paterā, Sinistra ue ro Spicam tenebat, Plinius tradit Boni Euētus, & bonæ fortunæ Si mulacra in Capitolio Praxitelis operā.

Boni euē ctus Simu lacrum.

DE CAPREAE PALVDE.

Capreæ Paludem in Campo Martio ante urbem/ad Circum flami uersus mare fuisse scribit Plutarchus in romulo: locus autem erat in rheumatibus tiberis, ad quem/unus erat aditus / & ꝑpterea tutus. ubi Romulus urbis conditor, cum exercitum recenseret, subita orta tempestate, sublatus e medio apparere desiit, Liuius: His in quit immortalibus æditis operibus, cū ad exercitum recensendum concionem in campo ad Capreæ paludem haberet, hominem exuit ex miraculo creditum in cœlum abiisse. Quidam uero tradunt a Se natu discerptum propter tyrānidem, Nam is uel propter augendas Cerimonias/uel cum exercitu, qui tunc erat ex. xxx. milibus peditū, & CC. Equitibus: & haberet in campo martio cōcionē ad Capræ pā ludem nonis Quintilibus, & aer esset serenus: Subiti exorti nimbi, cum tonitru, et coruscationibus, & ingenti cœli fragore, eum cōcio nantem sustulerūt. Ouidius in Fastis. Est locus, antiqui Capreæ di xere paludem: forte uiris illic Romule iura dabas. Sol fugit, & remā nent subeuntia nubila cœlum: & grauis/effusis decidit imber aquis. Hinc tonat/emissis obrumpitur ignibus æther: fit fuga/rex patriis astra petebat equis. Die/quo humanis decessit/uulgi fugam, Capro tinasq; nonas dixere. Tantū sub eo rem. p. creuisse scribit Dionysius ut ex modicis copiis: quas ab initio habuit: post eius mortem confe stim censa Romæ. lvi. peditum milia: Equitum paulo minus q̄ mil le. Sed magnitudo illa breuis intra hominis ætatē interitura. Qui

bus domi nec spes prolis ulla erat:nec cõiugia. Decessit aũt nullam ex se progeniem relinquens: ætatis suæ annũ agens.liiii. Regni uero.xxxvii. Suspicio fuit in ea Eclypsi/in qua fuit totus solis defectus regem cęsum fuisse a Senatoribus. L. Florus ita tradit His ita ordinatis cum repente concionẽ haberet/ante urbẽ ad Capreæ paludẽ e cõspectu ablatum: discerptũq; a Senatu putãt/ob asperius ingeniũ, Sed orta tẽpestas: Solisq; defectio/Cõsecrationis speciem præbuere, Eam opinionem cædis deleuit uir grauis Iulius proculus ex illustri familia Troianorũ: & Romuli affinis/qui nũciauit hora matutina se uidisse Romulũ deum: & iussisse referre quædam suis Romanis. Apparuit aũt Romulus in monte Quirinali supra templum nunc S. Vitalis, ubi ob eam rem conditum fuit templum Quirini Ipseq; pro deo cultus: & Quirinus appellatus.

Tẽplũ Quirini/

De Terento loco in Campo Martio.

Fuit olim in ultima campi martii parte iuxta tibrim haud longe (ut creditur) a capitolio locus quidã nomine Terẽtus/a terẽdo dictus/ eo q; tibris cõtiguã sibi terrã suis fluctibus tereret. Terẽtus inquit festus q; pfluẽtis Tiberis ripas aquarũ cursus tereret/appellatus est. Quem in locum cũ Euander ex Arcadia profectus/aduentaret, illic una cum Classe substitisse dicitur. Ouidius in Fastis, Iãq; ratem doctæ monitu Carmentis in amnẽ Egerat/& tuscis obuius ibat aquis/ Fluminis illa latus, cui sunt uada iuncta Terenti/Aspicit & sparsas per loca rara casas.

De Plutonis ara subterranea.

Tẽplũ Plutonis. Templum Consi.

¶Apud Terentũ scribit festus fuisse olim Arã: ac subterraneũ Ditis templũ, ad quẽ locũ/multis gradibus descẽdebatur, Mos enim erat apud ueteres/ad oĩa tẽpla gradibus ascendere/ad ædem uero Plutonis, & Cõsi gradibus descẽdere. Nam inferorũ aræ subterraneæ erãt loco profundo. Arã ditis pris/& Proserpinæ scribit Val. max. egesta terra ad. xx. pedũ altitudinem apud Terentũ fuisse inuentã Valesio quodam auctore, e Sabinis locuplete, & rusticę uitæ homine/liberatis tribus/a pestilentia filiis: ubi trinoctium furuæ hostiæ sacrificiũ exhibuit. Vnde Ausonii poetæ uersus. Terna terentino celebrata trinoctia ludo. Eam aram bello albano Romani constituerant/& alta terra occultauerant/ut omnibus. præterq; ipsis Romanis ignorabilis esset. Ad aram præterea ipsius Plutonis apud Terentum nascentiũ olim/& morietiũ suo ordine nomina notabantur quoties ciuitas lu

ſtrabitur. Cuius rei meminit Martialis in matrona quadā ita loquē te Bis mea romano ſpectata eſt uita terento/& nihil extremos perdi dit ante rogos. Vbi etiā. xxx. quoq; anno cenſus agebatur. Nec de- ſunt qui tradant/habuiſſe hinc originem/Saecularem annū/qui re- dactus poſtea fuit ad minorē numerū. Vnde Papinius in ſiluis Aut inſtaurati peccauerit ara terēti. Martialis in natali Domitiani Imp. Hic colat ingenti redeūtia ſaecula luſtro. Et quae romuleus ſacra te- rentus habet. In quibus trinoctio ſacrum Plutoni & proſerpinae le- ctiſternium/& Supplicationes fieri ſolebant.

De aede/& ara Conſi ſubterranea.

Aedis / & ara Conſi iuxta circū maximū/ad Septizoniū fuiſſe olim ex Tacito creditur: cū ueterē deſignat in palatio urbem. Cōſus enim deus eſt conſiliorum: & conſilia debent eſſe arcana. Cui deo ſubter- ranea ara conſtituta: circunfuſa terra: ſacrificiiſq;: & igneis ſollenita tibus colitur. Eum eſſe Neptunū Equeſtrem tradūt: Curſuſq; equo rum agitur: iunctorū: & nō iunctorū. Vocatur q; a Romanis is deus Conſus; a graecis uero Poſſidonius: In cuius honore ludos agēs Ro mulus Sabinas rapuit: ad quas rapiēdas arcanū oportebat eſſe deo Conſo du :e Cōſiliū/ut ad uota ꝓcederet/& hoſpitaliter per domos inuitati/ſecuri ludos inſpicerēt: & urbē contēplarētur ad xiiii. Septē bris: Quo die Cōſualia celebrata ſunt. Id facinus perpetratū eſt quar to menſe: quo Vrbis condi cępta eſt: ut ſcribit fabius pictor: quē ſe cutus eſt Dionyſius Alicarnaſſeus.

De diuerſis fortunę numinibus ac templis.

Cum multa/ac uaria/apud ueteres Romanos numina colerentur: fortunam pręcipue/diuerſis titulis eos coluiſſe ſatis cōſtat. Eſt enim fortuna accidentium rerum ſubitus: atq; inopinatus Euentus: Mul taq; habet cognomina: ut fors fortunā. Proſpera Equeſtris: Peregri na. Obſequens. Fauēs. Opipara. Publica. Priuata. Viſcata. Virgo Muliebris. Beneſperās. Virilis. Propria. Conuertens. Dubia. Mala Maſcula, Parua. Calua. Scia. Reſpiciēs. Mammoſa. Barbata. Omni potens. Bona: ac mala. Primus Ancus Marcius fortunae uirilis aedē aedificauit. Seruius Tullius fortunę gratiam referre uolēs: q; ipſe ex captiua natus eſſet: & eius beneficio regnum adſecutus: non unam illi aedem: ſed plures extruxit: ut fortis: primigeniae Maſculae: mox proſperae: & uirilis templa erexit. Fortis autem tranſtileri in hortis

Cæsarianis: bonæ uero Reduci, Euelpidi: Atrophea: Conuertēti: Be nesperanti: propriæ; Virginiiac Seiæ nō uno tempore tēpla constru cta. Seia prius a Seruio Tullio deinde a Nerone dicata in domo au rea. Nam fortuna uariis nominibus tēpla habebat/ut scribit Plutar chus in quæstionibus. Malæ in Exquiliis: nō ut opem ferret: sed ne obesset: Cuius Simulacrū manu altera cū cornucopiæ: altera guber naculum geminū uersans, effingebatur. Quidam illā fœmineo habi tu, furenti similem/cæcam super uolubile saxum effinxere, q nullo delectu opes/ad malos/& indignos conferat. Aliqui autē sine pedi bus, manus/& pēnas habentem. Interogatus Apelles cur fortuna se dentem pinxisset/nondum inquit stare didicit. Reduci: q Impera torem reducem seruasset. Martialis. Hic ubi fortunæ reducis fulgē tia late Templa nitent/felix area nuper erat. Præterea fortunę signū in cubiculo Imperatorū ponebatur. Muliebris uero templū uia lati na. iiii. ab urbe lapide, Equestris iuxta theatrū lapideum; quę insi dens equo fabricata fuit tat. Q. Fuluius Flaccus inquit Val. max. im pune non tulit/qui in censura tegulas marmoreas ex Iunonis lici niæ templo in ædem fortunæ Equestris/quam romæ faciebat/tran stulit. Primigeniæ aūt in colle quirinali a Domitio prętore postea locata. Alteram uero primigeniæ ædiculam. P. Sempronius Cos. se cundo punico bello uouit/uoti reus. Eundē Seruium auctores tra dunt primigeniam/& obsequentę in Capitolio dicasse. fortuna re spiciens/& propria iuxta templum Iouis uictoris in palatio prospe ra in foro boario. uiscata dicta est/q eius illecebris multi capiantur conuertens: q homines ludificetur. calua, q sub tecto nominare re ligio est. Condidit pręterea Seruius Tullius paruæ fortunæ ędem. quam Romani breuem uocant, q ipse paruus in initio, & abiectus, quippe quia ex captiua matre natus esset, fortunæ beneficio romæ Regnauit, fuit & fortuna auentina, quę colebatur sub imagine duarum sororum ut scribit Macrobius, & Tranquillus. Simili mo do præuertę. Papinius. & prænestinę poterant migrare sorores. Ci cero de diuinatione. Fortunā penitus tollit/cū inquit Nihil esse tā contrariū rationi/& Constantiæ/q fortunam/ut ne in deum quidē cadere posse uideatur: ut sciat, quid casu/& fortuitu futurum sit. Si enim sit, illud certe eueniet: si certe eueniet/nulla est fortuna. Quam sententiam sequitur Iuuenalis: cū inquit Nullum numē habet/si sit

prudentia, sed nos Te facimus fortuna deā/cœloq; locamus. Fortunā uero omnē christiana religio excludit execraturq;.

De Templis apud antiquos extra urbem.

¶ Erant præterea apud ueteres sacrificia ex diuersis animalibus:sed ex bubulo gratiora:hinc uictimæ, & lautissima deorū placatio:nā bos in honore maximo:præsertim in Italia:quę ab hoc nūcupata creditur:q; olim Græci Tauros Italos uocarēt, & in ea urbe/cuius mœnibus cōdendis si mas/& fęmina aratro terminū signauerint:q; is laboriosissimus hominis socius in agricultura:Cuius tanta fuit apud Antiquos ueneratio/ut tam Capitale esset boué necasse/q̄ ciué/ægyptii quoq; apin boué numinis uice coluerūt. Erat & uitulus Menechmus:de quo Plinius Menechmi inquit uitulus genu premitur/replicata ceruice:Ipseq; Menechmus scripsit de sua arte. Extant hodie eius marmorea signa/& in plerisq; canis/& Serpēs lateri:& Scorpio testibus adfixus cernitur. Erant etiā ut dixi extra urbem ædes deorum:quos obesse putabāt:ut extra portā Collinā/Erycinæ Veneris templū, & Veneris uerticordiæ simulacrum,q; corda hominum a libidine/ad pudicitiā uerteret. Oui. in fast. Roma pudicitia pauorum tempore lapsa:Cumęā ueteres consuluistis anū. Templa iubet ueneri fieri:quibus ordine factis, Inde uenus uerso nomine corda tenet. Pudicissima inquit Pli. Lib. vii. femina semel matronarū sententia iudicata est Sulpicia Paterculi filia/uxor fuluii Flacci electa ex Centū pręcipuis:quæ simulacrū Veneris ex sibyllinis carminibus dedicaret. Item mense Augusto matronę ro. mentulā deferebant cū sacrorum pompa in ædem Veneris extra mœnia/q̄uis meretricum esset illud sollēne/tamen non licebat alicui/pręterq̄ matronæ castæ id sacrū tractare/& ponere in sinu Veneris. fuit pręterea extra portā uiminalē tēplū Neniæ/q; cātu querulo funeribus adesset. Fuit & Quietis templū uia lauicana. Item fortunæ muliebris uia latina. Et extra portā Capenā ad. ii. lapidem templū Rediculi, in quo Hānibal castrametatus/q; illusus rediret/appellatus est:eadē uia templum Martis ut iam dixi. Item extra portā Carmentalem/templum Iani. In Insula tiberina Templū Iouis:æsculapii:& fauni:& transtiberim fortunæ. Nōnulli Timorē/pallorem/& paupertatē/& senectam tāq noxia numina a Ciuitate penitus arcuere Quæ numina sedent in uestibulo inferorum. Erāt pręterea liber/& libera/quibus in

uindemia peragēda sanctissime/& castissime sacrificabatur. Extant hodie passim in agro ro. ueterū Suburbanorū semidiruta: obsoletaq; Antiquorū domicilia/& exigua iam collabētia sacella / miro artificio, sed rudi materia satis cōspicua, Quę Suburbanorū quondā lararia fuisse Opinio est: ex uerbis Ciceronis lib. ii. de legibus cū inquit Lucos in agris habēto/& larum sedes. Nam Romani olim opibus affluentes/sumptuosius uillas/q̃ urbanas domos extruebāt/ubi etiā Viuaria: piscinas/uenationes/& cętera id genus ad uoluptatē/& delitias condere cōsueuerāt. Coartatū mare ad natationes erat: & amœnissima uiridaria/& loca arboribus cōsita/& horti pēsiles fuerūt aūt in urbe & extra urbē horti celebres Sallustiani, Męcenatiani, Lucullani. Asiniani, Lamiani, Cæsariani, & Getæ, extra urbem Terētiani Via apia. xx. iugerū. & Ouidiani uia claudia. Erant prętera frequētissima Suburbana Romanorū, ut Lucullanū, Tusculanū/formianū, & plęraq; alia/quę hodie trāsierunt in latifundia/ac rura priuatorum/Haud silētio pręteribo Tyburtinā Hadriani Imp. uillā/quā mire edificauit ita ut in ea, & prouinciarū/& locorū celeberrima nomina inscriberet uelut liciū/Academiā/pritanium. Canopū/ Pecilē tempe uocaret. In agro ipso ro. erant olim multa oppidula seu uillæ q̄bus dirutis facta sunt earū territoria/pręedia/& pascua ro. ubi nunc agricolationes horti/& uillaticę fiūt pastiones/ubi armēta ac greges optime ꝑueniūr/& alūtur. Propter herbosum solū affluentes aquas tepidos & apricos saltus/& amœnas ualles ubi pręsertim bubali/qui apud ueteres nō erāt in usu/haud iam ab hinc diu in Italiā aduecti, nā rarissimi/ipsiq; feri inspectaculis tātūmodo uisebātur/vn̄ Martiali cessit acrorum bubalus/atq; bison/meminit etiā Pli. & Solinus. Qui si ita frequētes uti hodie sūt/olim fuissent/ac māuefacti, haud quāq̄ eos silētio ꝑterisset. M. Varro/& Colūbella d̄ uillatica pastiōe.

Bubalorum usus rarus apr̄ ueteres nisi inspectaculis.

De Basilicis & templis sub christiano ritu excitatis.

¶ Post euersam a barbaris urbem/deformata/labefactata/ ac prope obsoleta facta sunt loca oīa/& in solitudinē redacta intercisis aquęductibus/interceptisq; aquis, in hāc planiciē/quę iacet inter mōtes/ & tiberim. i. in Martiū Campū/ubi nūc Roma est/ꝑpter fluminis cōmoditatem descensum est: abolita illa ueteri/Haruspicū disciplina: ac supestitione/de habitanda planitie martii campi/ubi milites antea recenbātur, & Comitia fiebāt. Erant enim iam tum oēs effecti

christiani/sed mutata tantum religione ueteres ferme ritus oēs, ac Cerimonię remāserūt,erat enim difficile illas tollere:ac penitus abolere.Condita sunt noua Christi templa/aut ex ueteribus innouata. Nam clausis paganorū fanis edictum est licere omnibus tēpla Christo excitare/& colere:Imperante tūc clemētiss.mo Constantino magno Qui fretus Siluestri tunc papæ sanctitate templa Christo in toto,orbe ædificari permisit; unde intra paucos annos templa sine numero condita sont.fuerunt autem in urbe in illa primęua Ecclesia Christi tēpla supra tria milia: Ex quibus quadringēta diuæ Mariæ uirgini deiparæ dicata.Quorum extant hodie aliqua uenerandæ uetustatis:nam quicquid supra ętatem nostram est/antiquū dici potest.Ex quibus basilicę:quæ hodie dicuntur a Romanis Septē ecclesię.Quarum/pᵃma basilica.S.Petri in uaticano.Pauli uia ostiē si. Ioannis in Laterano.S.Crucis in Hierusalem.S.Laurentii extra muros.s.Mariæ maioris ad præsepe quā Ioannes patricius cōdidit & ædem.s.Sebastiani in uia appia/quam.s.Lucina extruxit, Cæteræ a Constantino conditæ & pauimētatæ:inquibus ubi sunt portæ sanctæ/in prioribus altaribus non celebrant nisi summi pontifices ro.Adduntur/& his/ueniæ plenioris gratia ædes.s.Anastasii Scala cœli ad aquas Saluias:& proxima ædis diuæ uirginis Annunciatæ. Condidit præterea Constantinus Imp.Basilicam Marcellini/& Petri uia labicana,ubi Mausoleū matris suę Helenæ Sepulchrum erexit.Cōdidit & Basilicam.xii.apostolorū in regione uiæ latæ,nec desunt q eam uelint a Pelagio primo/cōditam/a Ioanne.iii.instauratā nouissime uero a Syxto.iiii.& Iulio.ii.eius fratris filio in meliorem formam una cū palatio restitutā.Cōdidit & Marcus primus ædem S.Marci Euangelistæ ad palatinas Cū meus frater.D.Ioannes sulpitius interrogaret me quid sibi uult ad palatinas.Respondi ex Cicerone pro Roscio cū inquit Ipse aūt romæ cū frequēs esset occiditur ad balneas palatinas/rediēs a cœna.Quam ædem una cū palatio instaurauit ampliauitq; paulus . ii. qui etiam montis pincii mœnia instaurauit; nec absoluit.Extat & Templū.S.Marcelli precibus diuę lucinæ cōditū iuxta uiā latā,ubi ipse pont.stabulo seruiens equorū iussu Diocletiani Imp.pedore/ac mœrore animi ibi consumptus periit.Surgit & iuxta eādē uiā latā ædis.s.mariæ eiusdē nominis ab Innocentio.viii.nuperrime instaurata/ubi adhuc profunda tellure

Tēpla Christi i urbe supra tria mi basilica.s.petri in uaticano.
Basilica. S. pauli uia ostieñ.
S.Ioānis in Laterano.
S.crucis in hierusalem.
S. Laurentii extra muros
S.marię maioris. in exquiliis.
ædis.S. Sebastiani uia appia.
ædis.s. Anastasii ad aqs Saulias ubi & scala cœli
Aedis.s.marię anūciatę
Basilica. S. marcellini & petri uia labicana.
Basilica.xii. apostolorū
ædis.s. marci euangelistæ ad palatinas.
Templū.S. Marcelli
ædis.S.Mariæ i via lat

Imagines diuę virginis a Sctã luca Euãgelista depictæ.

Templũ. f. aurẽtii in lucina.

ædis. f. Marię de populo.

Templũ. f. Augustini.

Ecclesia. f. Apollinaris

ædis. f. Mariæ supra mineruã

Pantheon Agrippæ.

ædis. f. Eustachii.

Templũ. S. Ludouici cũ Sacello. f. saluatoris in thermis.

Sepulchrũ Hadriani. vi.

Enckẽuoirt

Templũ. S. Iacobi apostoli

Ecclesia. S. marię de pace.

Templũ. S. Laurentii in damaso.

Ecclesia. S. Saluatoris de Lauro.

extat oratorium (ut creditur) diui pauli apostoli, ut tradunt diuũ Lucã Euangelistã apostolorũ actus scripsisse: nã satis cõstat eos (ut diuus Hieronymus ait) Romę peregisse, Et imaginẽ illã quę hodie uisitur in eo tẽplo/ex propria eiusdẽ diuę uirginis idea effigiata depinxisse. Extant & aliæ diuersis in locis imagines eiusdẽ diuæ uirginis ab eodẽ pictore/ut fertur/depictæ. Vna in. S. Maria de Populo/ una in Basilica. S. mariæ maioris/una in ara cęli/una in. S. maria noua/una in. S. maria gratiarũ/una in. S. Syxto: una extra urbẽ ad cryptam ferratã. Vna floẽtiæ, & altera bononię: una uenetiis & alia (ut creditur) Spoleti. Et in regione nũc campi Martii apud Arcũ Tropholi Templũ. S. Laurẽtii in Lucina. S. Lucinæ rogatu a Cęlestino ii. extructũ, Et iuxta portã populi ædis. S. Mariæ eiusdẽ nominis a Sixto. iiii. nuperrime instaurata/ac in meliorem formã redacta. Itẽ S. Augustini ædis cũ cœnobio a. R. D. Vilielmo Car. rothomagensi a fundamẽtis instaurata/cum proximo. S. Apollinaris palatio/ubi ipse habitabat. Item. S. Mariæ supra mineruã a bona memoria. R. D. Io. Car. de turre cremata a fundamẽtis restitutam. Extat & proximũ pantheon de quo satis supra dictũ est. Item. S. Eustachii ædis iuxta Thermas neronianas. Vbi & templũ. S. Ludouici/& Sacellũ S. Saluatoris a diuo Gregorio magno dedicatũ. Et iuxta Circũ Agonis Templũ. S. Iacobi apostoli ab Alfonso paradinas Hispano episcopo Ciuitatensi nuperrime a fundamentis erectum. Item ab altero Agonis latere ædis S. Mariæ de anima a natione Theutonica a fundamentis dudũ instaurata/ac in meliorẽ formã redacta ubi marmore cõspicuũ Hadriani. vi. sepulchrũ Vilhelmus Encken. Voirt illius benignitate Tit. S. Io. & Pauli Presb. Car. Dertusẽn. faciũdũ curauit. Cui cõtigua surgit ecclia. f. mariæ de Pace a Syxto. 4. i tẽplo prius. f. Andreę appli excitata abi nũc sũt Canonici regulares ex collegio Lateranensi qui quotidie celebrant. Itẽ & apud Theatrũ olim Pompei in loco nũc celeberrimo urbis loco Templũ cũ palatio. S. Laurẽtii in Damaso. Quã Damasus natiõe Hisp. cõdidit. Cuius ædificia magnifice a fundamẽtis nuperrime instaurata ampliauit exornauitq. R. D. Rafael Riarius. f. Georgii Car. S. R. E. Camer epsost. Visitur & i regiõe nũc põtis Ecclia. f. Saluatoris de Lauro iuxta mõtẽ Iordanũ a fũdamẽtis una cũ cœnobio excitata a. R. D. latino Car. Vrsino Surgit & ieadẽ regiõe iuxta põtẽ Castelli ędis. f. Celsi/cœpta

nuper inſtaurati nec dum abſoluti. Sicut & in proxima ripa tiberis. S. Ioannis Baptiſtæ magno ſtudio inchoata/nec perfecta. Haud longę hinc extabat nuper. S. Blaſii templũ ubi Iulii. ii. auſpiciis excitata apparent nunc fundamẽta mirę magnitudinis ubi & paruũ Sacellum cum grandi prætorio: quod omnibus curiis dedicauerat iuxta uiam quã ipſe excitauit. Et templũ. S. Luciæ nuperrime a prę ſidentibus uen. ſodalitatis cõfalonis inſtauratæ/& magnifice exornatę. Itẽ iuxta curiã Sabellorũ ædis. S. Tomæ anglicorũ & S. Hieronymi unde nuper eliminatis fratribus. S. Franciſci excitatũ & cõſtitutũ eſt ibi Collegiũ ſub titulo Caritatis. Extãt & aliæ eccleſiæ col legiatę & parechię/ac ſine numero loca in urbe ſacra de quibus ſatis ſupradictũ eſt: ſed longũ eſſet ſingula proſequi ſacra loca/tẽpla/Cœnobia/Collegia/Xenodochia: & cętera id genus. Extãt hodie ex antiquis tẽpla Chriſto dicata Pantheon/Iouis ultoris ante/nũc. S. mariæ rotundę templũ. Itẽ Romuli cõditoris urbis/iuxta uiã ſacrã ad forũ/nũc. S. Coſmæ/& Damiani martyrũ. Et in foro boario templũ olim pudicitiæ/nũc. S. Mariæ egyptiacę. Item ꝓxima/parua/ac rotũda ædis olim Herculis: nũc. S. Stephani protom. Alterã in celiolio mõte rotũda ſed multo maior: fauno Capripedi ante dicata: nũc ſub titulo. S. Stephani rotũdi. unũ extra urbẽ in ſuburbano uiæ nomentanæ: baccho prius nũc. S. Cõſtãtiæ uirgini iuxta ædẽ. S. Agnetis in qua ſunt portæ eneę: ſicut in laterano tribus in locis iuxta Sancta ſanctorum. Item in. S. Coſma/& Damiano. Item in proximo. S. Hadriano. In pantheo. Sancto Petro/& S. Paulo. Extãt & uaſa marmorea ſiue labra in atrio & platea. S. Petri ante. S. Saluatorẽ de Lauro. Ante. S. Euſtachiũ/ante Pantheon: a tergo. S. Marci/ante. S. Petrum ad uincula: & in templis nõnulla ubi corpora requieſcũt Sanctorum. Item marmorei Calices: ante. S. mariam maiorem: ante. S. apoſtolos/ante. S. Cęciliam trãſtiberim. Plurimaq; per totam urbẽ marmorea ſigna in diuerſas rerum formas effigiata: quę longũ eſſet ſingula memorare: quę ſunt in locis publicis/& priuatis nobilium ędibus: ſed nec ſilentio pręteribo marmoreas ſtatuas aurea argẽtea/æreaq; nomiſmata quę hodie ſunt apud. R. D. Andream Card. de ualle/qui non parcit precio: huiuſmodi rerum. Nam is unicus eſt nunc qui maiorum uetera monimenta diligenter curat.

ædis. S. Io. i ripa tiberis

Templũ. S. Blaſii cũ magno pręto-rio.

Templũ. S. Luciæ.

ædis. ſ. Thomæ Mar.

ædis. S. Hieronymi.

Antiquitatum Anacephaleosis.

¶ Absolutis iam Vrbis Antiquitatibus. Placuit per transitũ aliquid de eius cõditoribus carptim attingere. Regnauerũt in urbe primũ reges Septem. Quorum primus Romulus urbis conditor: Solus omnium sine cognomento: ac sine liberis decessit. Nã Romani postea a Sabinis cognomina acceperunt. Qui regnauit annos. xxxvii. Secũdus Numa Põpilius: q regnauit añ. xliii. Tertius Tullus Hostilius: q regnauit añ. xxxii. Quartus Ancus Marcius: qui regnauit añ. xxiiii. Quintus Tarquinius Priscus: qui regnauit añ. xxxviii. Sextus Seruius Tullius qui regnauit añ. xlii. Septimus & ultimus Tarquinus superbus ob iustitiæ contẽptum, & prisci differentiam ita appellatus: qui regnauit añ. xxv. Regnatum, est autẽ sub Regibus añ. ccxliiii. post eiectos reges creati cõsules duo. L. Iunius brutus, & Tarquinius Collatinus. Nam brutus libertatem: & consulatum primus instituit. Regnatum est sub consulibus a bruto usq; ad Hircium, & pansam añ. cccclvii. Consules uero numerãtur. D. CCC. Subrogati in hoc spatio dictatores, & x. uiri qui leges ferrent: Et Tribuni militares consulari ptãte. Quinq; autem annis Vrbs fuit sine sella curuli. Regnatum est postea sub Imperatoribus ab Augusto Cæs. usq; ad obitum Iouiniani añ. ccccix. Inde ab inclinatione Imperii Ro. Regnatũ est sub Põtificibus Max. Ro. Mille prope añ. postq̃ Ecclesia regnare cœpit. Quæ cæteros principes ante se regnando diutius superauit. Numerantur autẽ Pont. Max. ab apostolo Petro usq; ad Clemẽtẽ. vii. ccxxvii. Vrbs ipsa diuisa in regiones. xiiii. Montes ubi prius condita fuit. vii. Campi totidem. Portæ circiter. xx. Capitolia duo. Theatra tria Amphitheatra duo. Senatula tria Colossi duo magni. Colũnæ Cochlides duæ Obelisci magni. vi. parui. xlii. Statuæ. Signa, & Tabulæ sine numero. Equi ænei inaurati. xxiiii. Eburnei. xciiii. Macella duo. Ludi. v. Naumachiæ. v. Iani duo præcipui. Nymphæa. xi. Cohortes prætoriæ. x. Cohortes uigilum. vi. Excubitoria. xxiiii. Vexilla duo cõmunia. Arcus marmorei. xxxiiii. Vici sine numero Aediculæ. cccxxiiii. Vicomagistri. D. cxxiii. Curatores. xxix. Insulæ per totam urbem sine numero. Domus etiam sine numero Horrea. ccxci. Balnea. D. cccclyi. Lacus.

C.Putei.cccli.Officinæ pistoriæ.ccliiii.Mensę oleariæ.xiiii.mil.ii.
Lupanaria.xlv.latrinæ publicęcxliiii.Castra.viii.Castra Equitū sin
gularium.ii.stabula factionum.iiii.Tribus ut scribit Cicero.xxxv.
Quas Plutarchus Sabinarū raptaꝝ noia fuisse tradit,Alii uero aliis
de causis.Visebatur nuper marmor iuxta.S.Ioannem de Pinea cum
inscriptione huiusmodi.Imp.Cæs.diui Neruæ Traiano Aug.Ger
manico Dacico Pont.Max.Trib.Pot.VI.Imp.Cos.V.PP.Tribus
XXXV.Quod liberalitate optimi principis Cōmoda eorum etiam
locorum adiectione amplificauit.

De Marmorū generibus/quibus urbs decorata est.

¶Aedificia magna urbis apud ueteres tam publica/q̄ priuata pro
maiori parte/ex magnis/quadratisq̧ saxis fundabātur:ut etiā hodie
uestigia apparēt/ut extructa moles solidior esset.Ferreis clauiculis
opere inter se cōnexo sine calce:erectus ad auras paries libralibus ce
mentis/æquali portione calcis & lapidū struebatur:a fronte nō nūq̄
reticulato opere/siue lateritio superinducto tectorio/albario ue/siue
gypso nōnūq̄ marmoreis incrustatiōibus:aut æneis laminulis in au
ratis.Cōcameratio laqueata:uitro plūbo gypso/aut cupro/Encausto
ue aut musiuo exornata.Lithostrota uero exchtysocolla/uitro/la
pillisq̧ aut tessellato emplemate/diuersarūq̧ rerū simulacris effigia
ta pingebantur.Quid opus memorare magnificas uillas.Pauimēta
marmorea/laqueata tecta/ductus aquarū/quos nilos/& Euripos uo
cāt.Marmorū genera externorū plura sunt.Cādidū ex paro insula
cui simile est lunense.Aliud uiride laconicum/cūctis Hilarius.Ru
brum punctis albis distinctū porphyrites/Cruentū Synadicū extro
ade.maculosum Thasiū/& Chiū:uariū caristeum nigrū luculleū.
ferrei coloris & duritiei bassaltes.Ophites maculis serpētis.Onychi
tes ex arabię montibus:ad uasa excauanda.Alabastrites ad unguen
ta cōseruanda/sunt & alia trāslucida ut phengites.Quę in Italia na
scuntur satis nota.Sunt & alia quę breuitatis causa omitto.

¶De Inclinatione & mutatiōe Imperii & urbis excidio.

¶Post reges exactos/prmū a porsena rege Vrbs obsessa:Sed nō ca
pta:mox a Gallis præter arcem capitolinam/capta/direptaq̧ & incē
sa.Deinde Ciuilibus/intestinisq̧ bellis sæpius attrita/& crebris in
cendiis absumpta/prope euersa est penitus/cum altissima/ac interse
cōtigua:nullo ferme/aut paruo relicto spatio/essent ædificia:ubi

plures/usq; ad culmen tectorũ contignationes ex tabulatis suprema Cœnacula assurgerent, Vnde crebra ad incendium fomenta. Vitru uius ita tradit, Quod maiestati urbis, & ciuium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare in urbe. Ergo cum areæ complanatæ non possent tantam altitudinem ad habitandum in urbe recipere/ad auxilium altitudinis ædificiorũ res ipsa cœgit deuenire. Itaq; pilis lapideis structuris testaceis/parietibus cementariis extentæ cõtignationibus Coassatæ Cænaculorum ad summas utilitates perficiebant despectationes. Ergo contignationibus alto spatio mutiplicatis Populus Ro. egregias habuit habitationes Octa uianus Augustus qui semper rebus urbis consulere studuit præfectos uigilum, & custodes (quod officium ante erat triũ uirorum) di uersis in locis disposuit, institutis ex libertinorũ numero militibus qui aduersus incendia ferrent opem, & contra nouorum ædificiorũ altitudines, nequis supra pedes. lxx. sublimius ædificaret i publica rum uicinitate uiarum. Vrbemq; pro maiestate Imperii ornatam, & inundationibus, incendiisq; obnoxiam excoluit, ædesq; sacras uetu state collapsas, aut incendio adsumptas refecit, Easq; & cęteras opulentissimis muneribus adornauit, adeo ut iure sit gloriatus marmo ream se relinquere/quam lateritiam accepisset. Post Augustũ/Imperium ro. in præceps ire cepit/illud bonis restituentibus, Vespasiano Traiano, & paucis admodum quibusdam aliis. Nam monarchia in tyrãnidẽ ut plurimũ uertitur, Verũtamen translatio Imperii in Cõstantinopoli potissima fertur malorum causa, & ruinæ urbis, Quãuis Nero princeps/multo antea offensus Flexibus uiatum de industria urbem incendi iusserit/prior causa efficacior est. Seditionũ aũt exordium deleta Carthago peperit/propter nimiam felicitatem orta sunt bella ciuilia, Quę enim res alia intestinos furores peperit/q̃ nimia felicitas: nam mortales indelitiis elanguentes/recte/an perpe ram quid agant non considerant. Vnde nimia ex hostibus securitas & tranquillitas & opum affluentia excitauit animos ad seditiones/ & odium Vnde etiã ab hostibus obiectũ/discordia intestina dissolui rem. ro. posse, æternas opes esse romanas, nisi insemet ipsi seditiõibus sęuiant. Sed duobus præcipue diuersis uitiis corrupta urbs/ auaritia/& luxuria/quę pestes omnia magna Imperia euerterunt. Iuuenalis. Sęuior armis luxuria incubuit/uictũq; ulciscitur orbem

Donec labente veteri disciplina, Req; magis, magisq; in lapsum prona: tum demum in praeceps acta, nec quicq̃ auitę indolis, ac prudentiae redolentes, cum iam defluxis, profligatisq; moribus & euerso, & conculcato omni iure diuino, & humano, antiquatitisq; sanctis legibus: omnia in praeceps ire caeperunt, & tam perditae, ac velut solutae legibus luxurię, & ad perdendam pecuniam proni vt nihil memoriae haberent prioris vitae a veteribus traditę. Vnde plinius didicit inquit homo naturã prouocare, & nos fecimus quae posteri fabulosa arbitrabuntur. Inuenimus & carrucas argento cę latas. Caesar dictator in aedilitate, omni apparatu scenae, argento vsus est. Quod mox & municipiis factitatum est. primus omnium Catulus Capitolium dedicaturus, linteis ĩ theatro vmbram fecit. Nero princeps Theatrum pompei in sano opere, auro, in vnum diem operuit. Ludorum vero apparatus aureus, vel argẽteus, vel Eburneus fuit, Messala orator prodidit. M. Antonium triumuirũ aureis vsum vasis in omnibus obscaenis ministeriis. Omitto mensarum apparatus, & aesopi patinam. Neronis, & aliorum Luxuriosissimas crenas, & spurcos concribitus: in ipso autem ingressu domorum aurei. argenteiq; postes, Intus parietes. pauimenta varietate marmorum in picturae modum distinctae. Colũnae ad ornatũ positae nihil sustinentes, in intercolũniis laquearia. Multum vbiq; signorum. Mansiones in domibus pro diuersitate temporum accomodatae, diuersae etiam, vt ciborum varietas postulabat. Nanq; alia ad alios cibos, vt apris comedẽdis. Alia fasianis apta, & addicta erat. Ipsaeq; villae spatio, & numero mansionum sumptu. Thricliniorum, & caeterorum aedificiorum asianas vrbes superãt. In piscinis non plumbei, vt antea, sed argẽtei canales aquas effundunt. Ipsaeq; piscinae thasio marmore circundatae. Tres tantummodo ciues in magnis opibus moderati fuerunt. C. Marius, Cn. pompeius, & C. Caesar. Vateres autem si qua magnificentia sunt vsi, ea vtebantur in templis, & sacrificiis, & ornamentis sacerdotũ. Quo tempore, & vasa aurea: & argentea non nisi in templis erant, & ex solido auro Coronae, & argenti lebetes. In domibus ciuium fictilia tantummodo, & pocula ex fago, & ne singula in tempestiue nũc persequar, cum tot alios Ro. generis intuear memorabiles du

ces,hoc semper duplici studio floruisse,uel defendendi uel colen-
di,q̃sitos ue fines,intelligo luxuria,deliciis nr̃is pristinũ morẽ,ui
rileq; uitam displicuisse. Omnes enim (sicut.M.Varro tempori-
bus auorum cõquestus est)patres familias falce:& aratro,relictis
intra murũ correpsimus:& in Circis potius & Theatris,q̃ in sege-
tibus, & uinetis manus mouemus.attouitiq; miramur gestus effe
minatorũ, qui a natura sexum denegatũ muliebri motu mentian
tur, decipiãtq; oculos spectantiũ. Veniamus ad Ganeas, quoti
dianã cruditatẽ Laconicis exquoquimus,& exusto sudore, sitim
q̃rimus,noctesq; libidinibus, & ebrietatibus,dies Ludo, uel son-
no cõsumimus,ac nos metipsi ducimus fortunatos.q nec orientẽ
solẽ, nec occidentẽ uidimus. At illa uera Romuli proles assiduis
uenatibus,nec minus agrestibus opibus excitata firmissimis eua-
luit corporibus,ac militiã belli, cũ res postulauit,facile constituit
durata pacis laboribus. Veniamus iã ad mulieres, de quarũ intẽ-
perie ita Pli.Lib.ix. Affectant inquit pauperes lictorem fœminę in
publicum Vnionem esse dictitantes, Quin & pedibus, nec crepi
darum tantum Obstragulis,sed totis Socculis addũt, Neq; enim
gestare iam margaritas, nisi calcẽt, ac per uniones etiam ambu-
lent satis est. Gloria erat mulierum binos, aut ternos uniones au
ribus suspendere, Vnde Propertius. Matrona incedit census in-
duta nepotum, Et spolia opprobrii nostra per ora trahit.hæc om
nia post Carthaginem deletam Valerius max.ita inquit.Vrbi au
tem secundi belli punici finis licentioris uitæ fiduciam dedit,quo
tempore Matronę ut abrogaretur lex oppia cõtra eas lata, q; his
ne ueste uarii coloris uti, nec auri plus semiuncia, nec iuncto ue-
hiculo proprius mille passibus,nisi sacrificii gratia uehi permitte
bat, q; si animos muliebris apparatus intueri potuissent, quibus
quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est, in ipso in-
troitu ruenti luxuriæ obstitissent, antea uero obsidente urbẽ Pœ
no milite, castæ erant. Vnde Iuuenalis Pręstabat castas humilis
fortuna latinas, & uellere tusco uexatæ,duræq; manus, Nunc ue
ro luxu, & inertia diffluũt,vt ne lanificiis quidem curã suscipere
dignentur, Sed domi confertæ uestes fastidio sint,peruersaq; cu-
pidine maxime placeant, Quæ grandi pecunia: & totis pene cen
sibus redimuntur.Abolito iam illo Sabinarũ,& Romanarũ ueteri

more/afflictataq; urbe continuis bellis. Nam ab.V.C.uſq; ad hæc tempora Romanis bello occupatis uix unq̃ ad recipiendum ſpiri-tum breuis requies dabatur/peracto uno/ſtatim alterum/inſurge-bat bellũ. Nouiſſime Vandali ex africa acciti Genſerico duce/ho ſtili manu urbem ingreſſi diripiunt/neq; incendunt, Templa tñ/& ſacraria ſpoliant, Abeuntes poſt.xiiii.die poſt urbem captam cum ingenti captiuorũ numero in africam reuertũtur. Beliſarius patri-cius Vandalorum gentem/capto eorum rege Gelimero/uſq; ad in ternitionem deleuit. Poſtremo Totilas rex Gothorum/qui dei fla gellum dictus eſt/poſt euerſam Italiam urbẽ ro.ſolo æquauit/pro-ditione Iſaurorũ militum/nã quatuor Iſaurici milites in obſidione urbis de ea prodenda conſiliũ iniuerunt, Hi enim cuſtodiam habe bant ad aſinariam portam/Totilam adeũtes prodere ſibi urbẽ pol licentur, Totilas quoſdam e ſuis per funem aſcendere permiſit: Ipſe cum exercitu ſequutus nõ procul a porta cõſtitit miſſi a Totila (ut compoſitum erat ab Iſauricis) recepti mœnibus/mox intra urbem ad portam deſcendentes/ſecuribus freti portam aperuerũt: ingreſſi portam imperio potiti ſunt. nec eo cõtenti, bona diripiũt/mœnia/magna ex parte æquant/uix templis temperatum eſt. Incolas om nes cuiuſq; gradus ab urbe abire iubet: ducturus alio Coloniam/ Multitudo omnis in propinquas urbes ſe recipit/Senatum/& pri-mores Ciuitatis penes ſe obſidum loco habuit. Sine habitatoribus urbs manſit in ſolitudine diebus.xl. Inſtaurata poſt urbs a beliſa rio/reſartiſq; mœnibus/iterũ per Iſaurios prodita eſt/facta irruptio ne per portã oſtiẽſem. Primo quidẽ ingreſſu hoſtiliter omnia igni/ ferroq; diripiens. Poſtea uero amice/ac placide oĩa euerſa inſtaura turum ſe pollicetur. Decreuerat enim primo impetu Romam ad ſo lum æquare: Excellentioraq; ædificia incendio abſumere/& urbẽ ipſam tot ætatum opus/in ouiũ paſcua redigere. Re itaq; ipſa co-gnita Iuſtinianus Imp.Conſt.ſtatim Narſetem Eunuchum in Ita-liam mittit. Is igitur auxiliaribus copiis ab Albuino Longobardo-rum rege acceptis Gothos aggreditur/perſequitur/& Totilas male pugnans occiditur/In quo tandem & genus/& regnum Gothorũ defecit. Nemo unq̃ irruit in urbẽ ro.qui poſtea non dederit pęnas. Nam ſępius ea capta direpta/& incenſa ſemper magnifice inſtaura ta eſt. Nec tot ruinis/incendiis/Barbariciſq; direptionibus toties

afflicta extingui potuit. Primum a Gallis senonibus præter Capitolium capta/direpta/& incensa est, anno q̃ condita fuerat circiter CCCXL. Iam deniq; omniũ gentium uitrix/diuq; rerum potita a Gothis (ut aiunt) Alarico duce iterum capta/ac direpta/& incẽsa. Nec multo post ab Athaulfo/qui Alarico successit ad prædam repetita/pariq; clade deformata funditus excisa interiisset/nisi mulierculæ precibus in suo esset uestigio retẽta. Secuti inde Vandali/qui Genserici ductu eam diripuerunt Mox Odoacer & ipse barbarus eam tyrãnice occupauit. Quo sublato Theodoricus Ostrogothorũ rex plures annos eandem cum tota Italia retinuit. Recepta inde a belisario est, bisq; obsidione fatigata/inedia/& fame propemodum enecta; demum sub Totila miserabile passa est excidium. Interfuerũt autem a Senonico bello ad uisigothorum tempora anni circiter DCCC. a Visigothis ad Vandalos. XLIIII. a Vandalis ad Odoacrem/& Herulorũ regnum anni. XVIII. ab his ad Ostrogothos & Theodoricũ. xiiii. ab Ostrogothis/ad belisarium/qui romam ab eis recepit anni. L. hinc ad excidium/quod sub Totila passa est an. xii. Ac toties tam breui spatio domitrix illa humani generis, arxq; omnium gẽtium. Roma Ludibrio fuit barbaris. Sed ipsa demum omnium uitrix.

¶ ANDREE FVLVII ANTIQVARII RO. de laudibus urbis Oratio. Ad Quirites.

VRbem Romam Quirites terrarum deam / gētiū reginam Deorū domicilium/magiſtram morū cōmunēq̧ omnium patriam ſine cōtrouerſia primam cunctarum urbium quis ignorat? Maius enim roma nihil unq̄ fuiſſe omniū teſtimonio iam pridem in confeſſo eſt. Ita diuina mens Ciuitatem Populi ro. egregiam / tēperataq̧ regione collocauit/ut orbis terrarū imperio potiretur. Cū rerum natura uires omnes in unā urbem oſtendere uoluerit/Cum quis campum martiū inſpexerit.ſepulchrū Auguſti:tot marmoreis ſimulacris: & æris ornatū forū ro.& Iouis tarpei delubrū;Thermas;Porticus ī ꝓuinciæ modū extructas:Amphitheatrū tyburtino lapide exædificatū/tātæ altitudinis ut ad culmē uix hūanus oculus ꝑtingere poſſit. Pantheon mira altitudine ſpacioſis molibus fornicatū: Templū pacis: Pompei Theatrū / Circū max.Septizoniū: Tot arcus triūphales: tot aquæductus: tot ſtatuas ꝑ urbē ad ornatū poſitas. Si ingrediaris forū/aliud ex alio uidebis appoſitum. Quis regales porticus ædeſq̧ ſacras / Quis Capitoliū,& in ipſo,& in palatio opera: & in liuiæ porticu: Quæ ſingula contemplaris alia facile obliuione delebis. Talis eſt Roma, Cuius primi muri luto / ac palis defixis / tam humiles erant / ut eos Remus leui ſaltu tranſiliuerit. Hæc tua monumēta parēs Romule Hæc illa æterna urbs terrarū regina/& dea gentiū Roma. Cui par eſt nihil, & nihil ſecundū: quæ undiq̧ de uicto ingyrum Paulo minus orbe terrarū aduectos ſine fine triumphos recepit: Innumerabiliū coloniarū ſub cælo parēs: Sed ciuili: inteſtinoq̧ bello abſumpta / terrarū omniū alūna / Eadēq̧ parens/ numine deū electa:Quæ cælū ipſum clarius faceret:ſparſa cōgregaret īperia:ritusq̧ molliret:& populos diſcordes, feraſq̧ linguas ſermonis cōmercio contraheret ad colloqnia, & humanitatem hoībus daret,breuiterq̧ una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Cuuius monumenta quis probe cōſideret:plures in ea uictorias: & triumphos: q̄ ānos a prima cōditione reperiet. Quos Maro heroica

maiestate in breuissimo æniæ scuto perstringēs satis probe complexus est. fuit etiā ro. nominis comes semper fortuna, diiq; pstantes & beniuoli, Qui ne Capitoliū a Gallis caperetur, sopitis custodibus, sacratā falli alitem nō permiserūt. Vnde Cicero in oratiōe ad Quirites, Dii, deæq; immortales, qui excellenti tumulo Ciuitatis sedē Capitolii in saxo incolitis cōstitutā, ubi tot reges, tot duces, tanta uirorū spectata est indoles, merito dii, hominesq; cōsenserūt urbem his locis statuendā, ubi saluberrimi colles, ager feracissimus flumen ad res uehendas idoneū, situs ab externæ classis periculo immunis, Vrbs media Italia & ob id ad rerū incremēta habilior, ubi ex uno orbe, deorū numine facta est una urbs, Nulla enim (ut ait Plato) pōt Ciuitas sine fauore numinis prospere cōstitui, nec feliciter administrari, Nulla pterea urbs tam mirabilis magnitudine Imperii omnibus hūanæ naturæ dotibus uenerabilis, bonis exemplis dotissima. Eadēq; benignissima parēs omniū quascūq; gentes, atq; terras ita muneribus propriis ditauit, ut tamen cæteras nō inuniuersum similibus dotibus fraudaret, uni quidē omnia romæ tribuisse uidetur, in ea omnia sunt, quæ aut fortuna hominibus locisq;, aut natura largitur, Vnde propertius Omnia romanę cedant miracula terræ. Natura hic posuit quicquid ubiq; fuit. Est præterea quædā certa uox ro. generis, urbisq; propria, in qua nihil offendi: nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, aut olere peregrinum. Quid q̄ libertas cum animantiū generi gratissima nusq̄ tanta est, tū ingenue agendi, tū liberrime loquendi. Aliæ nationes seruitutem pati possunt, populo ro. est propria libertas, Eo Tiberius Cæs. delatoribus respōdere solitus in libera ciuitate liberas esse oportere hominum linguas. Nullibi præterea tam magnam urbem mortales uiderunt. Vnde Heliogabalus Imperator metiri cupiens eius magnitudinem ioco Aranearum telas, proposito pręmio corradi iussit, & x. millibus pondo Aranearum collectis magnitudinem eius hoc ludicro depręhendit. Romanorum gens omniū mitissima, & Clemētissima habita est: apud quā unū suppliciū tantū, ante & post fuisse imane, & barbarum in Metiū suffetiū Albanorū dictatorē, Tullo hostilio rege auctore, in aliis gloriari licet, nulli gētiū mitiores placuisse pœnas. Nullas urbes, ac natiōes oppugnauit, quas nō uicerit, nullos supplices ad se ueniētes populos. quos nō benigne susceperit, nā cū legati Carthaginēsiū ad captiuos redimēdos in urbē uenissent, nulla accepta

pecunia eos reddiderũt, tot punicis iniuriis ueniã datã. Vnde hostiũ uox talis reddita, O munificentiã gentis ro. deorũ benignitati æquãdam, nã beneficiũ qđ nũq̃ dedissemus, accepissemus. Nulla gens inquit Cicero q̃ nõ aut ita subaucta sit ur uix extet, aut ita domita, ut qescat, aut ita pacata, ut uictoria nr̃a impioꝗ; lętetur, tum gẽtes, quas antea, nullę litteræ, nulla uox nulla fama notas fecerat cęteræ itẽ ptes, q̃ uel agẽtibus, uel inimicis huic imperio uel infidis uel incognitis imanibus, & barbaris tenebãtur nr̃is armis deuictæ parere coactæ sunt. Milites qnimmo armis insignes Roma statim habuit, & populũ marte gentiũ, ut terrigenas cũ armis natũ existimes. Vnde Pyrrhus de uirtute militũ ro. O q̃ facile inqt orbis imperiũ occupare, aut mihi romanis militibus, aut me regẽ Romanis. Hac uirtute maiores nr̃i, primũ uniuersã italiã deuicerũt, deinceps Carthaginẽ exciderũt, Numãtiã euerterũt, potẽtissimos reges bellicosissimas gẽtes indeditionẽ huius impii redegerũt, Tot habuit triũphos, quot oræ sũt, partesq; terrarũ, tot uictorias bellicas, quot sunt in rerũ natura gñã bellorũ. Illud uero sine dubitatiõe romanũ fundauit iperiũ, q; fundator huius urbis Romulus fœdere Sabino docuit ẽt hostibus recipiẽdis augeri Ciuitatẽ hãc oportere, Cuius auctoritate, & exẽplo nũq̃ ẽ inrermissa a maioribns nr̃is, largitio & comunicatio Ciuitatis, itaq; ex oibus gñibus gẽtes uniuersę i Ciuitatẽ sunt receptæ. licet istitutũ deinde fuit, neqs nostrũ qlusq̃ unius Cinitatis eẽ posset, neqs inuitus ciuitate mutetur, neue in Ciuitate maneat iuitꝰ, Vnde qdã Athenis nũero iudicũ adsciti cũ ignorarẽt si illã ciuitotẽ eẽnt adepti, hãc se pdidisse nisi postliminio recuperassent. Hic ẽ ille princeps terrarũ, gẽtiũ uictor, Domitor uniuersi, supra hũanã sortẽ potẽtissimus. Hæc ẽ illa roma, Regia urbiũ mũdi caput. Ingenioꝶ parẽs, gẽtiũ hospita, peregrinæ uirtuti semp patens, Vbi ois repẽtina, atq; ex uirtute nobilitas ex Externis quoq; atq; ciuitate donatis. Cõstat. n. ex data nõ minus prudẽter q; libera liter ciuitate tã italis q̃ externis, & dũ nullũ fastidit gñs iquo uirtus elucesceret creuisse ipiũ nõ ꝑpter gñis nobilitatẽ tm̃, sed ꝑpter res egregie gestas, nulla orbis pte mõ eẽnt clari uiri repudiata, Nec uero Asia hic ab Europa disticta ẽ, sed oĩa oibus i medio posita sũt nemo cẽset peregrinꝰ, mõ si t ipio, aut fide dignus, sed stat cois terrarũ status, Isq; popularis sub optimo impatore, atq; rectore, Oẽsq; quasi in cõmune forũ cõueniũt ꝑ suis quisq; meritis præmia relaturi. Quod uero suis finibus, regibusq; ciuitas quæpiã est, id ipsum

est. Hęc uniuerso orbi quasi cõis urbs prouincię totius cõuenitė. Por ro dixeris in unã hãc arcẽ cõiectos oẽs hitatores. Quiq; pergẽtes, ac populos diuersa loca incolũt, hęc uero nũq̃ ulli defuit, sed ut terræ solũ fert oẽs, ita & hęc ex uniuerso orbe cõfluẽtes oẽs accipit. quasi mare flumina. Quin ẽt hoc illic quoq; cum mari cõe est ꝙ nec mare maius sit fluuiorũ influxu, tãq̃ fato datũ sit/ut una cũ illis amplitu dinẽ quoq; influẽtẽ recipiat: neq; i hac ob magnitudinẽ quicq̃ appa ret, sed sicuti q intra sinũ recõdũt oĩa/ita & hæc oẽs intra se cõplexa est, Quippe ultro/citroq; meãtibus eadẽ est/eadẽq; uisitur. Nulla urbs tã tenue habuit principiũ/nec ad tã magna rerũ fastigia ita ma ture peruenit, Cui ab exordio tam simplex uitæ cultus fuit / ut rudi ce mento cõstratas domos/& scãdulis roboreis/ac stramẽtis cõtectã ur bẽ p annos. cccc. usq; ad Pyrrhi bellũ fuisse satis cõstat/& totidẽ pro pe annos pulte pro pane usos. Post deuictũ orbẽ deliciis rerũ oium quas tellus/mareq; gignit expleuisse aimũ. Vrbs tota passim culta ac frequẽs / agro ad fruges/ad pascua/ad uites gignẽdas uberrimo: Siluis ad lignandũ, & materiã suppeditandã abunde sufficiẽtibus, ubi tẽperies Aeris perq̃ læta, & cõmoda: nil uoluptatũ intẽperẽtia ma le audiret: Herbosi saltus amœnæ ualles/Aquarũ affluẽs tellus, Ver ubi ppetuũ/atq; alienis mẽsibus æstas. Solo semper tepido, nũq̃ co lono repugnãti: ubi greges/& armẽta & altilia quæq; oprime proue niũt/ubi auiũ aucupia/& ferarũ uenationes accomodatissimę. Sed multo hoium prestãtiora ingenia semp progenuit q̃ reliquus orbis terrarũ. Gentiũ. n. in toto orbe pstãtissima haud dubie Romana ex tit. Omitto gñis nobilitatẽ a Troianis usq; prius, deinde ab Albanis regibus deductã, Quæ nã patria (ut uerũ fateamur) Post natos ho mines/tot genuit pclarissimos in oĩ uirtute uiros Curios, fabritios, Camillos, Catones, Scipiones, Decios, Marcellos, atq; alios quos lõ gũ eẽt recẽsere. Regibus certe maximis pstãtiores, quoniã regibus imperabãt unde nõ imerito Cyneas Pyrrhi regis legatus fassus est tot se reges uidisse / quot ciues/ Tradunt Corneliã Scipionis filiam Post mortẽ gracchi, cũ ab Ptholomeo ægyptorũ rege in uxorẽ pete retur/ꝙ nuptias suas minime mereri uideret respondisse. Præterea oĩa regna i toto orbe/pter ro. Imperiũ/aut breuiter durauerũt/aut modi ca/aut fabulosa fuerũt/unũ tantũ dictũ imperiũ/& illud romanum qd romę usurpatũ primũ sub cæsare dict. amplissimũ/ac diuturnũ locupletissimo ẽt Maronis testimonio cũ inqt iperiũ sine fine dedi.

Nullum enim ab exordio ferme minus/neq; in crementis toto orbe amplius/ab Romblo Rheæ uirginis uestalis/& Martis filio exor dium habuit. Nullaq; respu. maior, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior. Quæ omnium genere mirificorum exemplorum totum orbem repleuit, militarisq; disciplinæ/& seueritatis/& uirtutum omnium specimen. Nullos homines benignius inter se uiuere q̃ romanos. nullum regem romanis parem, Nihil esse/quod homi num manu/& opibus ro. Imperii effici nō posset. Satis cōstat origi ni romanæ & deos adfuisse, & nō de futurā uirtutē. Nullū uero re gnū tam repēte auctum/q̃ Alexādri magni/qui prius sibi uisus est comparare Imperiū/q̃ regnasse, quia nullas dedit leges/nulla cō stituit militibus stipendia, sed tantum regiones discurrit/nec re gnum stabiliuit, dicere solitus longe præstantius litteris antecede re/q̃ Imperio/ac magis amari/q̃ timeri. Cæsar autem contra. Oderint dum metuant. Populus ro. gentiū princeps ob magnitudinem rerū gestarū, & imperādi diuturnitatē cæteros principatus antecelluit/terra/mariq; imperium terminauit, quo nihil in orbe celebrius, nihil ipsa urbe nobilius/ubi tot præclara ingenia/tot præstantissimi duces/tā strenui milites, tam præclare res gestæ, Nusq̃ tanta ædificandi facultas, nusq̃ tot regia ædificia, tot loca sacra. Templa, Basilicę/sacella/tot fora/tot aquæ ductus/Circi, Thea tra/fora/tot operosi supra tiberim pōtes, tot antiquitatū uestigia/tot ludorꝝ gn̄a/tantus mortaliū cōcursus, & populi frequētia/nusq̃ tot opes, tot delitiæ, & rerū oīum q̄ ubiq; ꝑcreātur, abūdantia, & immo derati ad magnificentiā sumptus. Spectaculorū oīs gn̄is decor/& ludorū nūerus infinitus. Interrogatus qdā sapiēs qd de urbe senti ret respōdisse fertur Microcosmon. i. paruū mūdū. Libanius græcus hō Romā inqt nō urbē sed quasi quādā cœli partē appellatam. Quā Seneca nō inscite p ætates hoīum distinxit. Aurea ætas populi ro sic fuit dicta, q; posterioribus sęculis cōparata/æq; atq; aurū inter metalla effulsit. Cæterū cū late pateat imperium ro. nihil admiratione magis dignum/q̃ regnandi diuturnitas. Nullum regnū tā repentinum, nulla resp. tam ingens, nullū imperium tam amplū nulla monarchia tam potens, nullus tam perēnis uictor/nā uetus prouerbium est Romanus sedendo uincit. Constat enim furto ho stes in paucis esse lætatos/uera autem uirtute semper Romanos

extitiſſe uictores, Tum uero nõis ro. maieſtas facile declarat quæ felicibus auſpiciis, lętiſſimis rerum ſucceſſibus aucta uiris clariſſimis inſtructa / quorum uirtute / & conſiliis ad ampliſſimum faſtigium legibus / & inſtitutis/& deum pietate illuſtrata. Nec me præterit ante Romanorum tẽpora nõ fuiſſe imperandi ſcientiã / quæ ſi fuiſſet, apud græcos nimirum fuiſſet. Qui cęteros haud dubie ſapientia longe anteceſſere. Et hoc romanorũ inuentum, una cũ aliis introductũ. Ex romanorũ enim diſciplina omnes norunt/q ſciunt imperare, ut liberi ab initio / & quaſi ad imperandum continuo geniti, quæ ad id ſpectat/oĩa optime prouiderãt,& remp. quidẽ adinuenerũt, qualẽ nemo ante legibus/inſtitutiſq; ꝓpoſitis, quæ nullus uitare poſſit, Cũctorum uero tellus cõmunis, id re ipſa Romani effecerũt, uniuerſum quidẽ permẽſi orbẽ/ iunctiſq; fluminibus diuerſiſq; pontiũ genere, Sciſſis mõtibus terrã equis ſtrauere/patefacta ſolitudine, diuerſoriis frequẽtiſſimis manufactis, oĩbus uictus, atq; ordinis ratiõe. Non ſatis exiſtimari põt quantũ romanis debeatur, q ſuſtulere mõſtra, in quibus hoĩem occidere glorioſum erat mandi etiã ſaluberrimũ. Claruit ſupra oĩa bonis artibus. Quibus ſemper fortiſſimi, uictoreſq; romani extiterũt, ut pleriq; populi ſine ui aliqua armeꝝ ſua ſpõte illis ſe ſubiiceret. Omitto publicas diuitias. Quis enim. M. Craſſi opes. Quis potentiã Pompei, liberalitatẽq; Iulii Cæs. enarrare põt. Quis Romanorũ pclariſſima a cõdi urbe geſta/nec reticebo in hoc loco poſtremũ illũ cũ Hãnibale congreſſum/nõ fuiſſe a condito orbe diem magis memorabilẽ, q̃ ille/cũ duo antea/& poſtea ducũ maximi Scipio/& Hãnibal, quo cedẽte ſecutus ẽ Africam terrarum orbis. Meruerũt & ſuas ſtatuas / & titulos etiã mulieres. ut Cloelia, &. Q. Claudia ueſtalis. Pueri etiã tam Caſtigatæ diſcipline erãt, ut oĩs uita plena eẽt miræ grauitatis, & modeſtiæ, inter puerilia rudimẽta/& romanæ iuuẽtutis peculiare fuit haſtilia iaculari: Sudes torquere, equum agitare, arma tractare, bonas artes callere, tantaq; romanæ uerecundiæ obſeruatio, & morum exempla fuere, ut nec pater cum filio, nec ſocer cum genero lauaret, nudoſq; parentes inſpicere nefas erat. abſtinueruntq; a colloquiis, & omni turpi / ac fœdo corporis geſtu coram filiis parentes. Vnde ſiquid in toto orbe rectum/iuſtum/ac memoriabile/ apud romanos geſtum eſt ſolos. Quid præterea hiſtoriæ, Quid

Annales,qd poetæ locunt̃ nisi urbis romæ laudes:ac gesta,q̃ semp habuit laudũ p̃cones,nulla iucũdior,nulla frequentior in manibus lectio,eadẽq; sæpius repetita,magis,atq; magis semp placet,ac delectat.Quis eius ornamenta,& delicias ad plenũ narrare põt,quas q semel degustarit,diuelli inde haud facile sine cõtumacia poterit. Semp.n.ro,nomẽ a primis incũabulis,& auspicatissimis fũdamẽtis apud oẽs & pp̃los & nationes clarissimum extitit.Quin ẽt Itali, Quorũ caput Roma ẽ nobilitate p̃stãt,& regali quadã magnificẽtia lauti magni fũt,& splẽdore quodã nitẽtes.Nã qcqd intra Italiã est(ut tradit Quinti.)romanũ ẽ.Extãt adhuc Rõanorũ monumẽta p totũ orbẽ,& colonię sine nũero ubiq; locorũ,Põtes,port⁹,turres, metæ,arces,& cętera id genus.Nõ ẽ a cõdito orbe,nec futura urbs tã clara qualis Roma,totius mũdi caput,& regia,nec animi magnitudie,tã excellẽs pp̃lus,q̃ ro.nullũ regẽ,aut gẽtẽ parẽ habens . Quę urbs licet toties cędib9 afflicta & cultorib9,sẽp validior potẽtiorq; surrexit,Nulla,n.deficiẽtibus colonis rẽ repẽte cõfluẽtibus undiq; mortalibus,colonia deducit̃,ac noua instaurat̃. Et oĩa intra pomęriũ atq; mœnia eius frequẽtissime habitata& exculta.Nusq̃ minus Roma cognoscitur,q̃ romæ.Quæq; uisuntur donaria,artes,& ornamẽta,oĩa rõanæ gloriæ sũt tanq̃ suburbani ornatus referta.Prętereа maritima loca,tũ mediterraneę regiones urbis partim auctis ab ipsis romanis oĩa plena svnt Gymnasiis fontibus,uestibulis, tẽplis,ædificiis,magistris.licetq; haud inscite dicere,quasi effectum iam orbẽ suas deniq; resumpsisse mũdicias,atq;ornamenta omnia splendore,& gratia renident.Cum vniuersa terra quasi pomarium quoddam culta,atq; ornata visitur. Spectaculorũ omnis generis decor & ludorum numerus infinitus. Siquis mœnium ambitũ colligat ex ueterũ traditione.xx.millibus,aut paulo plus colliget,ut supradictum est.In quibus p̃sides urbes instructæ alię aliis in locis habitatoribus ministris instructæ,atq; aliis rebus ornatæ,q̃ quasi p̃sides urbes quasi fossa claustra cõcludũt. Quid enim urbe roma excellentius,cuius optimis exemplis gloriari liceat disciplina militaris acrius retenta,Principatum Italiæ,Romæ ĩperiũ peperit,& multarum urbiũ magnorũ regũ,& validissimaꝝ gentiũ regimẽ largita est.Alpiũ,Tauriq; montis cõuulsa claustra tradidit Ortumq; parua Romuli casa totius terrarum orbis fecit columen.Ex cuius summi oẽs triũphi emanarunt .Regnauerũt prius in urbe Reges septẽ post eos eiectos.bruto auctore,Vrbis libertate potita ẽ.Quã

sub Imperatoribus iterũ amisit,atq; iterũ in cõpedes cõiecta ẽ. Augustus Cæs.bis cogitauit eã restituere,sed timuit ne aliqs post ipm iterũ occuparet.cogitauit.&.L. Septimius.cogitauit & Decius, q multos hũisset laudatores,si a Christianorũ cruciatibus se têperasset, vnde ex miraculo cũ in quadã palude submergeret̃ nusq̃ eius cadauer postea inuẽtũ est.Sub Probo aũt Imp.oĩa fuerũt quieta,& trãqlla,cuius ĩperio Oriens,Occidẽs,Meridies,Septentrio, Oẽsq; orbis ptes in totã securitatẽ redactæ sunt. Vnde vere Probus appellatus,Ex quo disciplinã militarẽ multi didicere,vt scribit Vopiscus.Habet nũc Roma,q; sua spõte gentes,& natiões,sacrosanctæ romanæ Ecclesiæ subiectæ sunt,nõ vt olim armis coactæ (nam vt olim armis) nunc religione.Religio.n.facit hoĩes inter se cõcordes & vnanimes,& nationes quantũ vis efferas,& barbaras, mitiores, Nam linguarũ,& numinũ cultura hominẽ alienat ab hoĩe. Iccirco facilius sibi aĩalia muta,q̃ hoĩes cõgregãtur. Enim vero si ab oĩbus mortalibus vnũ,& idẽ coleretur numẽ, haud quaq̃ eẽnt inter ipsos tot superstitiones,& discordiæ.Retinet adhuc Roma quandã prisc; maiestatis vmbrã,vt gentes ex toto orbe,tanq̃ mẽbra ad caput recurrant,Habet pręterea mansuetissimũ Christi imperiũ, & eius vicariũ pont.max.præcipuã in toto orbe dignitatẽ, per successionem relictã a piscatore idiote,& inermi,qui superatis uerbo, & exemplo Regibus,extinctisq; gentiũ simulacris imperiũ orbis occupauit.Habetq; senatũ apostolicũ, & socro sanctos Cardinales, & Clerũ.Vbi arx,& domiciliũ Christianæ,religionis,& eius rei p.caput.ubi sedes apostolica,& curia ro.omniũ præstantissima. Nusq̃ tanta ædificiorum.laxitas,Tanta rerũ pompa,tot loca sacra, tam solida peccatorũ uenia.& tot(ut plebis uocabulo utar) indulgẽtię tot martyrũ triũphi,Quorũ cruore asperſa,cõsecrata oĩa habetur. sub Christo principe totus mundus patefactus est. Nam arma populi ro.antea peruenerunt usq; ad Oceanũ Occiduum,Septẽtrionalem,& Meridianum,ab oriente autem non peruenerunt vsq; ad Indos.Sed de regionibus orbis,de quibus nulla apud ueteres fuerat notitia,Mercatores,& negociatores fecerunt nos certiores.sed fides Christi omnia latius patefecit.

¶EIVSDEM FVLVII CARMEN. IN LAV DEM POPVLI ROMANI.

SAlue Rex regum Populc inſignite triumphis,
Et rerum princeps,& moderator Haue.
Qui totum propriis ſuperaſti viribus orbem,
Armis,iuſticia,religione,fide,
Salue Roma tuis ſacris fœcunda trophœis,
Clara animi gignens ſtrenuitate viros.
Cœlicoliſq; pares ſuperū virtute potentes,
Conſiliis magnos,artibus atq; bonis,
Roma decus mundi,rerū pulcherrima,ſalue,
Qua ſol pene videt maius in orbe nihil,
Salue Roma potens , gentis quæ dura rebellis,
Colla iugo ſubdis , corda ſuperba domans.
Nullus romuleo populo præſtantior vſquam
Virtute , & geſtis rebus in orbe fuit.
Nulla quoq; in toto gens præclariſſima mundo,
Cui genus a ſummo funditur vſq; Ioue.
Diues opum populus , rerum cui ſumma poteſtas,
Oceani quantum terra feritur aquis.
Romulus & populi,& romani nominis auctor.
Auſpicibus poſuit mœnia prima deis.
Ab ioue principium generis,iouis inclyta proles,
Quod venus,& Mauors auxit honore deum.
Quid nunc troiugenū memorem antiqſſima regum
Stemata,cum titulis tam generoſa ſuis
Quid genus Albanis a regibus, Vnde Quirites
Sanguine contiguo nobilitantur aui.
Ipſi Romulidę veterum virtute ſuorum,
Auxerunt geſtis geſta priora ſuis.
Perpetua ſerie,primaq; ab origine gentis,
Nunq̄ virtutum defuit altus honor,
Nunq̄ bellatrix victricis dextera pugnæ
Nunq̄ miles,eques defuit,arma,duces.

Et grauitas matura senium, robustaq; pubes,
Pro patria, pugnans, atq; parata neci.
Quis credat Decios (nisi sit pro teste uetustas)
Pro patria expositos occubuisse sua.
Romanum nãq; est, pugnare, & uincere semper,
Iura quoq;, & leges constituisse sacras.
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Et regere, & populis imperitare suis.
Dextra potens armis, & uitæ prodiga uirtus,
Aut uitrix, certæ siue parata neci.
Hinc uictor populus/populos uictricibus armis
Subdidit/& uicta paruit æquor/humo.
Rex populus rerum/regni regina potentis,
Sedes Roma tua est/Imperiiq; locus.
Roma potens rerum/superis electa benignis,
Inclyta felici condita Roma solo.
Roma tibi Imperium, & qui te sine fraude probatos
Consilio regerent/fata dedere uiros.
Ingenitæ uirtutis amor/quibus esset honorum
Ardor, & altricis gloria magna, Togæ
Ipsa quibus posses totum tibi subdere mundum,
Sub iuga, & Imperio perfruerere dato.
Lege quod æterna certantes iure uidentur.
Fortuna/& uirtus constituisse pari.
Imperium toto nullum prestantius orbe,
Tãq; diu durans q̃ pia Roma tuum,
Fecisti patriam diuersis gentibus unam
Vrbem fecisti quod prius orbis erat.
Ipsa licet toties perpessa es barbara tela,
Et geticas toties ense/uel igne manus,
Inde resumpsisti maiores robore uires,
Atq; magis semper surgis ad astra potens,
Nec potuit magnũ uis ulla extinguere robur,
Nec grauior nomen sors abolere tuum.
Ac uelut Antęus uires a matre resumens
Sic tu ex aduersis surgere uisa tuis.

Quæ mergi nequeunt nixu maiore resurgunt,
Exiliũtq; imis altius acta uadis.
Quid memorem modo caligantia mœnia/turres/
Et fora/cum circis/templa/theatra/domos.
Ac uelut ætheriis pendentes nubibus imbres/
Nymphæa/Euripos/stagna/lauacra/lacus.
Multum est romano sub cęlo & sidere fausto
Nasci/auos ęquos libra benigna facit.
Mars quoq; magnanimos/doctrina pallas/& armis
Efficit/eloquio/consilioq; graues.
Iam maiestatis retines uestigigia pristæ/
Roma tuæ/cultu sed potiore nites.
Et potiore deo Christo sub principe/Polles
Sacrorum & ritu/relligione/fide.
Quæ/quantum satis est/nũq̃ laudata uideris
Sed iuuat usq; nouis tollere ad astra/modis.
Aucta tuis dominis/primnm sub regibus, inde
Iam sub Consulibus/munere brute tuo.
Hinc sub Cæsaribus (q̃uis discõuenit omnis
Vis dominatorum libera Roma tibi)
Donec Pontifices te respirare gementem
Iusserunt summi / Liberiore iugo.
Restituere tibi qui te / sed fata malignas
Alternant rerum dispositura uices.
Nam nũq̃ rebus status est mortalibus idem
Mutantur mores/tempora/iura/loca.
Et quæ iam longo sunt tempore/parta labore
Omnia perstringens subripit hora breuis.
Illos censuerim suprema laude canendos:
Si quos post obitum uiuere fata sinunt:
Ingenia/ęternum/quę nulla interficit ætas:
Stant: quibus haud ullus liuor obesse potest.
Sed mihi cum docto refricantur uulnera cœtu,
Cum rem confractam Romule cerno tuam:
Vt uideam, & doleam ueteres tot in urbe ruinas,
Priscorũq; lares, & monumenta patrum/
Quæ (quãuis ruerint) manet indelebile nomen,
Roma tibi, & famæ gloria longa tuæ.

¶ Eiusdem Fuluii Endecasyllabon.

¶ Quis tam sedulus artifex Quirites
Euclide melior: uel Archimede:
Antiquæ loca metietur urbis.
Quas describere me pedestris ante:
Post oratio compulit soluta:
Quæ nunc in tenebris suis iacerent:
Fulgerent nisi luce litterarum:
Vos rerum domini: genus deorum:
Orbis totius hospices benigni:
Vestra uos homines nouos in urbe
Prisco iure Quiritium Quirites
Donatis: latiaq; ciuitate:
Et uestris opibus iuuatis: unde:
Vobis præmia: gratiasq; debent:
Quales cōscia mens agit bonorum:
Præclarissima gens togata quales:
Persolui sibi Roma quas meretur.

ANDREE FVLVII EGLOGA DE EXPOSITIONE ROMVLI/ET REMI IN TIBERI. INTERLOCVTORES MOPSVS ARCAS/ET FAVSTVLVS TVSCVS PASTORES. MOPSVS LOQVITVR.

Qvid vult iste sibi vagitus faustule? Narra:
Quid te hoc alueolo ꝑpātē ferre uidemus:
Ceu quōdā/nec dū stātes a matre gemellos
Dū gerimus fœtus/& sera intecta redimus.
Quid te conspicimus redeuntem littore ab isto,
Obduxit multo quod spumeus Albula limo:
Imbribus immodicis/dum se vix colligit amnis
Fa. Mopse magis cupio(q̄ tu te nosse)referre
(Si vacat)infandum scelus:& miracula rerum.
Hac nam prȩteriens solito de more:gregesq;
Cum matutinos agerem prope rauca fluenta/
Monte sub hoc labens, vbi flexibus Albula curuis
Perstringit querulas sinuoso vortice cautes/
Descendisse lupam sitientem e montibus istis
Aspicio:sistoq; greges/spectoq; relictis
Hanc fœtam catulis/fluuiali lyntre gemellos
Lingentem expositos/prȩbentemq; vbera paruis.
Mella quibus picus tenera infundebat in ora.
Mo. Faustule magna refers:vix hȩc credenda/nisi illi
Talia luminibus qui viderit omnia veris:
Nunq̄ parrhasiis visa hæc nostratibus oris:
Grex vbi versatur:numerosaq; turba Luporum:
Quos nisi Pan pecoris custos auerteret:ingens
Semper præda lupis fieret monacria tellus.
Fa. Illita adhuc pueris extant corpuscula limo:
Quam scyphus illuuiem mersus contraxit harenis/
Nutrici vix nanq; feræ subtraximus ambos
Vbere quos aleret potiore puerpera coniux
Nostra suo partu pereunte orbata recenti
Aspice q̄ pulchra est:& q̄ formosa propago:
Vt credas superum prolem de sanguine cretam.

Mo. Certe/equidem vt video/proles est ista deorum
Indole prçcellat q̄ pulchra insignis vterq;
Infans/quos animos/roburq; vtriq; futurum
Auspiciis video non me fugientibus:atq;
Nescio quid magni/plus vni blanda duorum
Fata repromittunt/venturo ad culmina rerum
Faustule crede mihi/non hæc sine numine diuum:
Sic fieri:Superum nanq; omnia numine fiunt:
Qui suasere tibi pueros hos tollere:si non
Pythia fatidicç Cortinç oracula fallunt:
Hi sunt qui colles circondare mœnibus istos
Augurio incipient:vbi sceptra çterna manebunt.
Fa. Mopse quis ambiguas rerum cognoscere causas/
Aut quis nosse deum nodosa enigmata/& altos
Ipsorum sensus:nisi diis edoctus:& illa
Non nunq̄(vt cernis)fallaci euanida sorte
Spe decepta sua/mortalia pectora fallunt
Mo. At sic expositi/summa ad fastigia reges
Euadunt cœlo/superantes fata/benigno.
Sic puer expositus Cyrus:sic œdipus infans:
Sic paris/idçis quondam enutritus in oris.
Pastorumq; inter versatus tecta:sed iste
Dis age/vicinus qui prçterlabitur amnis
Est hic tam claro cognomine notus vbiq;
Tibris:& hi montes:quos nostros Archadas olim
Est rnmor coluisse duces:profugosq; Pelasgos:
Hac ego Parrhasio sum causa/ꝗ orbe profectus.
Fa. Sic est(vt memoras)extant vestigia magna
Vrbis ab euandro positæ:stat maxima vestri
Herculis ara dei:& Caci implacabilis Antrum:
Sustulit Alcides quem clauç robore duro:
Fraude boues illi cum subripuisset iberas.
Vnde deum colimus sacrasq; dicauimus aras:
Atq; sacerdotes latia de stirpe creatos:
Reddidit hos quoniam tutos formidine montes:
Idem sacra tulit:latio celebranda quot annis:
Numinis vnde sacri decreta Potitia custos:

Illius & consors pariter Pinaria proles.
Victimaq; his olim mactanda frequentibus aris.
Tuscia(si quæris)mihi patria:missus ab illa
In latios saltus/huius prope gurgitis undas:
Hos adii colles:& pastoralia tecta:
Regius ac pastor latialis principis Albæ:
Qui latos fines:atq; amplos possidet agros.
Mo.Audieram, & fama est/Panos demore Lycæi
Montibus his uestris celebrari sacra:Luperci
Vnde Sacerdotes latio stant nomine dicti;
Tuq; per hos colles ducas me/faustule quæso:
Nanq; diu cupimus latios hos uisere colles:
Fumososq; lares:& curua in montibus antra:
Igniuomiq; domum Caci:sacrumq; lupercal:
Hac etenim causa patriamq; domumq; reliqui.
Et quas Partheniis pascebam in montibus agnas.
Fa.Desine mopse tuis precibus me flectere blandis.
Hos permitte prius pueros in tecta referre,
Haud procul hic humilis tuguri stãt culmina nostri
Iam iamq; huc adero/ & quæcunq; rogaueris/ædam,
Et quæ nunc gregibus sunt peruia rura docebo.
Obsequar optatis/dissoluamq; ocyus/ante
Quam properem/expediam/tu nũc circũspice / cũcta
Regibus albanis sunt hæc subiecta, per omnes
Quantum Oculi possunt longe se extendere fines:
Iste Palatinus mons:in quo condidit urbem
Rex Euandrus:ubi superant uestigia rerum:
Nunc ubi tecta uides/iam collabentia uestri
Regia menalii fuit hæc tegeatica regis:
Post hunc/quem cernis/mons est Saturnius Alter
Alter Auentinus/qui tibridis eminet alueo
Mons:ubi semiferi domus imperterrita Caci.
At reliqui circum/nunc sunt sine nomine colles:
Mo.Regibus a latiis sument hi nomina montes:
Iam quibus imperium magni portenditur orbis:
Diuum sanguis erunt regni qui sceptra tenebunt:
Et rerum domini fierit:uenientibus annis.

Non ita hac lacti simile est vt collibus istis
Arcadię saltus/celebrataq; pascua fauno/
Mercurioq;/tepens nisi terra hæc:horrida semper
Illa gelu:& glacie concreta fluenta rigenti:
Donec ver redeat/grata dum pastor in vmbra
Quisq; suos dulces:vel amaros ludit amores:
Et pastorales exercet fistula Cantus:
Quam dedit Archadię nobis deus:vt modulemur
Herculis inuicti laudes:qua vicerit orbem,
Qua lernęa manu cecidit reparabilis hydra:
Aut quibus exhausta pharetra / Stymphalides ar/
Aut Erimanthęi populator setiger agri: (mis:
Nostra quibus tuta est sublatis patria/monstris.
Fa. Immo nos illi meritos debemus honores:
Votaq; compressa diri formidine Caci:
Herculis vnde duas victoris cernimus aras,
Vidi ego iam latios habitare frequentius agros
Protogenum genus antiquum/atq; his figere sedes
Collibus:illa quidem magnum dispersa per orbem
Errabunda diu/pulsis gens inde sicanis
Ausonios tandem coluit pro tempore fines:
Quæ modo cærulei neglexerat arua Velini:
Et virides campos/& saltus rore madentes.
Mo. Nota mihi tellus/& rosea rura velini
Ardua Cutuliæ surgunt vbi mœnia paruæ,
Arcadica fundata manu/atq; habitata colono
Arcade,parrhasia profugis tellure pelasgis.
Surgit vbi exiguus stygiis emissus ab vndis
Sulphureis q; lacus scatebris,& gurgite nigro,
Parua,vbi/& instabilis fruticoso cespice surgit
Pulsa velut conto/quæ flutuat insula ventis
Non secus/ac cymba huc/illuc agitata procellis.
Itàliæ hoc medium mensores esse fatentur,
Italiæ sumen propter pecuaria dictum,
Nam quantum longis carpent armenta diebus/
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit,

Equat ubi herba sudes hesterna luce relictas,
Illinc digrediens, hæc uestra profectus in arua,
His habitare locis mens est telluris apricę.
Quã mihi nũc memoras: fac stet sentẽtia Mopse
Ne sit opus toties circũcursare per orbem,
Hoc requiesce solo: sunt rura amplissima nobis,
Et fines lati: & uacui cultoribus agri,
Gramine semper terra uirens, & fœtibus uber,
Fecundũq; pecus, nec te pauisse capellas,
Saltibus his pudeat, pecoris sępe ipse magister
Regius: his solitus deducere collibus agnos
Atq; alios quoscũq; greges per rura uicissim,
Pascere, Mopse uale, uel si mea dicta probabis
Obsequere his dictis: & moribus utere nostris.

¶ Erãt prætea duæ portę antiquæ urbis G[illegible]iusa, & Sabiusa: unde error ortus est. Nam Sabiusa statim post collarinã / q̃ recta uia ducebat in Sabinos. Gabiusa uero Gabios. Item Iouis statoris Templum, quod in uertice palatini montis fuisse putant. In radice palatii Cicero fuisse fatetur. Item statuã equestrẽ in Laterano qnã. L. Septimii, siue. L. Veri autumãt. M. Antonini eruditiores eẽ asserunt. Item Templum Neptuni / quod post attiacã uictoriã. Agrippa condidit & multis ornamẽtis / & pulcherima porticu exornauit inter Pãtheon (fuisse credit̃) & Thermas sui nominis. Dion uero græcus auctor scribit Neptuni templũ fuisse iuxta Septa, quẽ secutus ego græca fide deceptus sum / pmansissemq; in uestigio prioris sententiæ / si prius / marmor / ubi insignia Neptuni apparent occurrisset. Fuit & iuxta Pantheon Templũ boni Euẽtus ut superius dictum est.

DEPRAVATIONES.

Hæc sunt ferme, quæ male sedulos Impressorum oculos fugerunt, Quæ tu diligentissime lector ita emendabis. folio.iiii.a fronte vbi legitur exuto lege eruto. paulo infra Censorinæ censoriæ.folio.vii.pnestina vero adextris lege a sinistris.fol.ix, atergo creaturi certaturi.fol.xiii.liberalibuslibralibus.fol.xix. senuita lege semitã. Pauloĩfra vbi legit̃ id fuisse lege eã ædẽ fuisse. fol.xxiiii. a fronte Hierosolymus Hieronymus.fol.xxvi.Ciues Cures.fol.xxvii.repromittẽt repmitterẽt.fol.xxviii.vñ lege nudæ fol.xxx Iminet Eminet. fol.xliii. venientes veniẽtibus.fol.lxxiii Tulliũ Tullianum.fol.lxxxviii.vbi legitur senatus Cõcordiæ templũ supple, in foro sibi erigi mandauit, Aliud præterea Cõcordiæ templũ eodẽ fol.officio obsecro.Itẽ fol.xcvii.acrorũ atrox.fol.ciiii. accepissemus accepimus fol.xci.ix debitorũ lege.ix.mil.debitorum.fol.Cũ occultæ occultatæ. Sũt & aliæ sed leuesmẽdæ sunt. Etquædã pauca ambiguæ orthographiæ vt Tibris.plini.Aelius.Auctor.foliorũ etiã medius interruptus numerus. Nõuullæ Item vel omissæ desunt, vel abũdãt, vel inculcatæ sunt littere q̃ singula facile interlegendũ a quouis nõ idiota emẽdari possunt.

Fulvii mentionem fecit Martinellus in opere
Roma ex Ethnica sacra, cap. XIII. pag. mihi 419.